TRACTATUS POLITICUS DE ÆRARIO, SIVE DE RATIONIBUS, ...

Christian Henel, Farnese











DIMIDIUM PLUS TOTO.

TRACTATUS POLITICUS
DE AERARIO, SIVE
DE RATIONIBUS ACQVIRENDI
PRINCIPI PECUNIAM
CHRISTIANI HENELII.

Boni Pastoris ... pecus non







TRACTATUS POLITICUS, *De* ÆRARIO,

Sive De

RATIONIBUS, adqvirendi Principi Pecuniam,

IN QVO

Tanqvàm in Compendio, breviter quidem, ast perspicuè, tantùm non omnes à Politicis atq; Historicis, aliisq; varii generis Scriptoribus præstantissimis, propositi modi locupletandi Ærarium exponuntur, multisqve notatu dignis & lectu jucundis passim illustrantur,

Ita adornatus,

Ut inprimis Statibus PRINCIPUM GERMANIÆ accommodari possit.

Studio

CHRISTIANI HENELII,

Misn.

CUM GRATIA & PRIVILEGIO.

Impensis RUPERTI VÖLCKERI,
Bibliopol. Berlin.
ANNO M. DC. LXX.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,

DN. FRIDERICO VVILHELMO,

Marchioni Brandenburgico, S. R. I. Archi-Camerario & Electori, Prussorum Supremo Domino, Magdeburgensium, Juliacens. Clivens. Bergensium, Stetinensium, Pomeranorum, Cassubiorum, Venedorum, nec non in Silesiâ Crossensium ac Jägerndorfensium Duci, Burggrafio Norimbergensi, Principi Halberstadensi ac Mindensi, Comiti Marcæ & Ravenspergæ, Domino Ravenstemii, nec non terrarum Bütoviensium & Lauenburgensium, &c. &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

Felicitatem Perpetuam!



Gnoſcas, SERENISSIME ac POTENTISSME ELECTOR, DOMINE CLEMENTISSIME, ignoſcas, humillimè etiam atque etiam rogito & obſecro, meæ audaciæ, quâ fretus libellum hunc de RATIONIBUS ADQVIRENDI PRINCIPI PECUNIAM, materiâ non aliis quidē, niſi Principibus utili, ſed forſan à me non dignè ſatis pro ſuâ gravitate tractatâ, ad SERENITATIS TUÆ CELSISSIMÆ pedes eâ, quâ decet, ſubjectiſſimi animi reverentia deponere non verear. Liceat mihi, POTENTISSIME PRINCEPS, rationes mei inſtituti paucis exponere, quas præcipuas verè allegare poſſum, tuas heroicas virtutes, tuas immortales glorias, tua nunquam intermori-

tura

tura laudum variarum præconia, quæ Fama dudum universo Orbi fecit notissima, hæc in causâ sunt, INCLYTE HEROS, quòd & ipse jam à pluribus annis nihil magis in votis habuerim, quàm ut consequerer occasionem propiùs accedendi ad offerendum humillima mea servitia TUÆ SERENITATI, quam tot illustres & togæ sagiq; artibus celeberrimos viros passim non per Germaniam tantùm, sed per universam Europam mirari, obstupescere, devotè colere, seque felices meritò æstimare vidi, quòd Tuo, DOMINE, sæculo vivant. Non enim excurram hîc prolixiùs in laudes *Serenissimorum & Gloriosissimorum Tuorum Majorum* SERENITATI TUÆ hæreditariô jure debitas, quas tum aliis magnis virtutibus, tum planè singulari suo in libera-

lia Studia favore, summaq; in cultores illorum benignitate promeruerunt victuras æternùm; cùm in Te, GLORIOSISSIME PRINCEPS, universi tui generis dotes titulosq; vel à natura expressos, vel ab industria conjunctos, vel à fortuna cumulatos, cuncti intueantur & admirentur stupefacti. Si votis res agenda esset, *Polybii* aut *Thucydidis* mihi optarem facundam prudentiam & sapientem eloquentiam, ut dignè edisserere ac posteris commemorare possem, quæ à TUA SERENISS. CELSITUDINE pacis & belli tempore prudenter, magnanimè, ac fortiter gesta sunt: Descripturus essem tuos præclaros triumphos & ab hostibus partas victorias: Expositurus essem insignem ac paternam prorsus in tuos bonos subditos, sive Lutheranæ, sive Reformatæ Religi-

ligioni sint addicti, gratiam eximiam, & in omnes virtute præditos favorem testimoniis declaratum, propè innumeris: Laudaturus essem curiosam pro Ecclesiæ & Reip. tuæ universæ salute vigilantiam, & nunquam satis laudandam in curandâ, per Sancti Spiritus adsistentiam, *secundum in Sacris Scripturis revelatam methodum*, (non necessariarum, sed) inutilium contentionum libidine, quæ utplurimum ex eminenti privatorum affectuum in nonnullorum orthodoxæ doctrinæ curam profitentium animos dominio nascitur, sollicitudinem, quò eo felicius atque facilius, quæ in quæstionibus nonnullis de uno alterôve fidei Christianæ dogmate, magna cum Ecclesiarum & Rerump. Evangelicarum calamitate, inter Doctores hactenus vi-

guit diſcrepantia, tandem cum omnium piorum Evangelicorum tripudio & gaudio in piam atque ſanctam, qualis Christi diſcipulos decet, ſi Deus annuerit, commutetur conſonantiam atque concordiam, &c. Sed non indiſerta mea lingua & ingenii tenuitas tantùm, verùm metus etiam, ne tuâ, PRINCEPS AUGUSTE, in me auſcultando patientiâ abuti velle videar, me jubent, ut vel aliis magis idoneis relinquam, vel ipſe certè in commodius tempus rejiciam exponere, ut cum Poëta loquar:

- - Quantô tenearis amore
Juſtitiæ, ſit quanta tibi pietasq́; fidesq́;,
Quantum conſiliô valeas & fortibus auſis,
Quàm ſis magnificus, quàm clemens, deniq́; magnum
Ingeniũ, moresq́; tuos miretur ut orbis.

Illud ſolummodò hâc vice comme-

memorandi veniam TUA SERENITAS mihi clementissimè concedat, quod scil. ab ipsis Musis, licet ubique ferè hodiè desertis atque contemtis, ob singularem, quam rarô hujus sæculi exemplô illis subindè exhibes, gratiam ILLUSTRISSIMUM TUUM NOMEN Æternitatis fano aureis literis legatur inscriptum. Nam cùm nihil æquè obscuret ac deleat Regum atque Principum gloriam, nihil altiùs memoriam nominis magnorum heroum exstinguat & sepeliat, nihil tàm eos reddat odiosos & detestandos posteris sæculis, si qua fiat illorum mentio, quàm quòd viros doctrinâ & virtute præditos rejecerint, aut neglexerint: Contrà verò nullum illustrius eorũ nobilitatis insigne, nulla canorior tuba sit ad laudes ipsorum ubiq; celebrandas, quàm

amor ingenioſorum & doctorum hominum: * Tu, SERENISS. ac POTENTISS. ELECTOR, hoc, ut omnia, apud animum trutinandô tum per curam pro dilectiſſima Tibi *VIADRINA ACADEMIA*, quam gratô ore illam pluribus vicibus expertam recenſere audivi ſæpiùs, tum per beneficia multis paſſim Viris eruditionis famâ celebribus magnificentiſſimâ liberalitate exhibita, jucundum cum literis fœdus iniiſti, ut hac tantam tot hiſtoriarum orbi à TE datam materiam conſeneſcere nunquam ſint paſſuræ. Percepiſti, puto, jam cauſas, quæ me compulerunt ad humillimè ambiendum, quomodocunq; poſſim, Tuam, MAGNE PRINCEPS, gratiam atque clementiſſimum favorem. Veruntamen,

cum

* *Spinæus de Tranquillitate animi, Lib. IV. p. 188.*

rum quas enumeravi hactenus rationes ita comparatæ ſint, ut mihi cum aliis poſſint eſſe communes, ſpeciáliores inſuper accedunt aliæ, quæ vel jure quodam *gratitudinis* hoc, quicquid eſt, humillimi obſequii à me efflagitaſſe videntur. Nimirùm, quòd non modò maximam partem ſubſidiô Illuſtriſſimæ ac numeroſiſſimæ Tuæ in arce Colonienſi Bibliothecæ libellus hic meus conſcriptus ſit, quodque ex Parnaſsô tuo Viadrino nunc prodeat, ſed etiam quòd in varjis, quæ in hoc fuerunt tradendæ, regulis tuam, SERENISSIME, incomparabilem prudentiam cum juſtitiâ arctiſſimô & ſuaviſſimô nexu copulatam plurimis vicibus exemplo ſiſtere, & idealis normæ ad inſtar proponere opus habuerimus. Æquũ igitur duxi, non alius, quàm

cujus Serenisſimum toties in ipsô Tractatu apponere auſus ſum, nomen in primâ fronte libelli præſcribere. Recipe proindè, POTENTISSIME PRINCEPS, ſubmiſisſimô, quô debeo, animi obſequio rogito, recipe, & clementisſimo adſpice vultu, quem ad pedes Tuos, ut dixi, humillimâ ac devotisſimâ manu depono, libellum: Agnoſce hinc animi, à quo offertur, TUÆ SERENITATI ad æterna obſequia exhibenda paratisſimi atque promptisſimi affectum, meque ac Studia mea clementisſimô tuô patrociniô ne dedignare fovere. Recordor equidem inſtantis, dum hæc ſcribo, temporis, quô (quod felix fauſtumque eſſe jubeat Numen Trinunũ!) non ſolùm anniverſariis Chriſtiani orbis gaudiis & gratulationibus devotè coluntur ſolemnia novi

anni

anni auſpicia, ſed etiam invicem pro facultatum modulô offeruntur donaria, quæ à Strenuæ locô *Strenas* Veteres vocarunt, more à multis retrò ſeculis per tacitum plurimarum ferè Gentium conſenſum receptô, & hodienum ab æqualibus ad conteſtandam amicitiam, ab inferioribus verò ad declarandum erga Superiores debitum cultum, ſubmiſſam reverentiam, juſtamque gratitudinem, obſervari ſolitô. Verùm, quod profectò maximè doleo, facultate me deſtitui agnoſco offerendi TUÆ SERENITATI Strenam, quam dignam eâ cuperem, ſolatur tamen rurſus non parum me cogitatio, *licere thura non habenti vel ſale & farre toſtô libare.* Hujus fiduciâ ſpero, non ingratum fore chartaceum iſthoc munuſculum TIBI Strenæ

locô

locô á me oblatum, non ullo qùidem ſplendore exornatum magnifico, at tractationis tamen argumentô & humillimè offerentis animô forſan non planè reſpuendum. Quodque muneris prætereà dignitati deeſt, piô votô huic tempori apto compenſare annitor. Faxit DEUS, precor, Ter Opt. Maxumus, ut novus hic annus SERENITATI TUÆ fiat felicisſimus atque fauſtisſimus. Quo benedictus ſemper & amatus à DOMINO ſis & maneas longisſimè, SERENISSIME ac POTENTISSIME PRINCEPS, periclitanti Germaniæ firmamento Tibi per varias longè latèque patentes terras ſubjectis & bonis cunctis amori, hoſtibus terrori, populis omnibus admirationi præcipuæ. Valeas! vigeas! & vivas! MAGNE FRIDERICE WIL-

HEL-

HELME, DEO DILECTE, PIE, FORTIS, FELIX, AUGUSTE, PATRIÆ PATER! Vivas SERENISSIMÆ CONJUGI, SERENISSIMÆQVE SOBOLI! (quæ & ipsæ semper vivant felices!) Vivas Ecclesiæ & Reipublicæ! Vivas tuis Populis, Provinciis ac terris salvus semper, incolumis, felix atque gloriosus! *DEUS Tibi benedicat! DEUS Te servet, DEUS omnigenâ & perpetuâ prosperitate Te beet! O Delicium Civium suavissimum! O Decus Imperii Germanici maximum! O seculi Ornamentum splendidissimum!* Hæc à DEO devotis atque ardentibus precibus oro

SERE-

SERENISSIME AC POTENTISSIME
ELECTOR,
Domine Clementissime,

TUÆ SERENISSIMÆ CELSITUDINIS

Francofurti ad Viadrum,
Ipsis Kalend. Januarii,
Anno 1670.

Obsequiosissimus & subjectissimus servus

CHRISTIANUS HENELIUS,
Pirnâ Misnicus.

Ad Lectorem.

Quomodo justis & legitimis rationibus ac mediis suo Ærario Princeps benè queat prospicere, in eô, tanquam in re maximi momenti, variorum, etiam celeberrimi nominis, Politicorum sese quovis tempore exercuerunt ingenia, & hodiénum, in Aulis præprimis, exercent.

Nominare hîc possem Bodinos, Tholosanos, Bornitios, Glockios, Faustios, Besoldos, Latheras, Molinas, Lipsios, Bulengeros, *aliosq́ue, quorum notitiam ex ipso Tractatu Lector, cui id studium, poterit haurire, ut adeò videri possim, quod in Proverbio dicitur:* post Homerum scripturus Iliada. *Veruntamen cùm illi ipsi, quos nominavi, Scriptores*, vel *ex parte saltem hanc amplissimam atque nobilissimam materiam attigerint*; vel *in solis ferè Reip. Romanæ Antiquæ vectigalibus exponendis occupati fuerint; vel suis, quacunque datâ occasione, in diversa artium & scientiarum genera excursionibus*, vel *frequentibus unius ejusdemq.*

demq́ materiæ repetitionibus, in tantam vastitatem excreverint; ut non sit cujusvis Prudentiæ Civili operam navantis ingentia illa sibi comparare atq́ evolvere Volumina, magnumq́ illum Scriptorum de hâc materia agentium cumulum rimari; ante annum jam, & quod excurrit, cogitavi de adornandâ Epitome, in qua tanquam in Synopsi quilibet possit cognoscere, quinam potissimùm modi apud hos & illos populos antiquis & recentioribus temporibus observati sint, quomodo item justi ab injustis, extraordinarii ab ordinariis, privati à publicis, debeant discerni, & ubinam deniq́, qui uberiorem de istis doctrinam expetit, inveniri eam possit. Quam etiam mense Augusto, Anni 68. Lipsiæ Eruditorum examini, locô Disp. publ. exhibui, Respondente tunc Præstantissimo atq́ doctissimo Juvene, Dn. JOH. GEORGIO Schammelten/ Luccav. *Postmodum cùm Exemplaria illius Disp. celerrimè essent distracta, egoq́ ad iteratam illius Editionem instigarer à Viris quibusdam*

*...am magnis & amicis multis, obse-
...urus illorum voluntati unum alte-
...umve modum, extremo in Disp. illa sal-
...em digito monstratum, paulò uberius
...ponere, & per formam Tractatûs, uti
...nunc factum, publici juris illas quales
...quales meas curas facere constitui. In
...quo sicubi ab aliis seccessi, rationes meæ
...opinionis frequenter adjeci & diversum
...sentientibus breviter ac placidè, absque
...ullius, quicunque ille sit, injuriâ aut exi-
...stimationis detractione, respondi. Sem-
...per enim conviciis certare mihi visum
...fuit ab homine ingenuo alienissimum.
Quoad methodum, secutus sum eam,
...quam, tanquam adæquatam subjectæ
...materiæ, ad faciliorem comprehensio-
...nem, salvis aliorum placitis, judicavi a-
...ptissimam. Æquabilitati styli studui in
...tantum, quantum ob verba aliorum Au-
...torum, quæ subinde erant allegànda,
...fuit possibile. Quod modos ipsos à me
...traditos concernit, ostendi hîc & com-
...mendavi eos, quibus Princeps ærarium
...suum ditare possit, sed non promiscuè,*


verùm

verùm ductu justitiæ & prudentiæ, quatenus cum æquo & bono, adeoq́ʒ saluti publicæ, pro ratione & varietate circumstantiarũ, conveniant. Quicunqʒ Principum moderatè ac prudenter istis modis uti, à fraudibus Administrorum sibi cavere & finem sumtuũ statuere, noverit, is profectò justissima ratione suum Ærarium brevi reddere poterit ditissimum. Qui verò, quod luxuriâ perditum, scelere putaverit supplendum, ille se plus invidiæ, quàm virium additurum esse, certissimè sciat. Hæc sunt, quæ L. B. præmonenda hîc duxi, ne præjudiciis occupatus ex ignorantia sinisteriorem de hoc meo Scripto opinionem arripias, decenter Te rogitans, ut hunc meum Tibi inserviendi conatum, æqui boniq́ʒ consulas, & certè Tibi persuadeas, me pro viribus daturũ esse operam semper, ut tua promoveam commoda. Si quis futurus sit tàm improbus, ut ex malitiâ quadam hîc suggillare non erubesceret, is suas ineptias me non magis curaturum credat, quàm Socrates asini calcitrutum curavit.

INDEX CAPITUM.

Pars I.

Cap.



PROOEM:

De

Dispositione hujus Tract. & Distinctionibus modorum adquirendi Principi pecuniam.

§. I.

CUm nulla commodè & firmiter stare possit Resp. nisi *fundata* sit *basi aureâ*, omniumque, uti privatim, ita publicè, rerum agendarum nervum esse pecuniam constet; (Ecquis enim tàm rudis & rerum imperitus, qui nullum negotium dextrè suscipi, nullam rem feliciter expediri, nihil benè peragi posse, nisi pecuniæ, quantum satis est, in promtu sit, non intelligat?) nemo mirabitur, magnum a Princi-

pibus & Rerumpublicarum Directoribus in cogendâ pecuniâ collocari studium, nisi qui ex ingenio imperitæ plebis, *quæ vana semper, & novandis, quàm gerendis, rebus aptior, falsâ opinione mobilis, inscia gubernationis, ignara Reip.*, de eo velit judicare.

§. 2. Adeoque meritò excipiendi sunt risu, & vix refutatione digni, qui ad antiqua nonnulla respicientes exempla seriò contendunt, Principi *negligendam esse curam locupletandi ærarii*, quasi nimirum nullum inter nostra & illa simplicitatis ac integritatis purioris tempora *antiqua* reperiatur discrimen! Saltem, ut sanitatem mentis recipiant inepti isti homines, legendum ipsis svadeo ap: *Illustrem ac Generos. Dn. à* Seckendorff/

Teut-

Teutschen Fürsten-Staats *P. III. c. 4. n. 4.* quos sumtus Princeps facere habeat necesse zu der Fürstl. Hoff-Statt / zum Regiment- und Staats-Wesen / zu milden Sachen / zum Bauwesen / zu Bezahlung der Schulden / præter alia *quotidianam* ferè sumtuum erogationem postulantia. Propter quæ non incongruè *Hornius in Notis ad Boxhorn. Polit. p. 160.* Remp. similem dixit bovi illi Judæorum, quem vocant *Behemoth,* & singulis diebus depascere dicunt innumera prata & montes; cùm itidem Rerump. sumtus hodiè videantur ferè infiniti. Vel unica enim Gallia poterit esse exemplo, cujus reditus annui hodiè ad 150. milliones ascendere dicuntur. *Notum* est, (inquit Hornius,) *ad aulam Regis & statum inter-*

 ter-

ternum 60. ferê milliones abire & absumi, 90. ergò milliones restant ad bellum, Bone Deus! quanta summa! & tamen an admiratione dignum putandum est, quod inter tot reditûs etiam Regiæ mensæ victus defuerit. prout testatur Auctor Observationis de nuperis Galliæ motibus. Quamvis sumtus hujusmodi annuos sæpè etiam nimium quantum ipsius Principis culpâ præter necessitatem Reip. donationibus superfluis & erogationibus minùs necessariis aut utilibus augeri haud diffitendum sit. Nos quemadmodum ad luxuriam & improbam profusionem sudoris subditorum extorqueri & coacervari pecuniā maximè improbamus & damnamus; ita ad salutem Reip. & Principis modis honestis, qui proficui quidem

sint

sint Principi, sed innocui insimul, quantum possibile, subditis, divitias procurari approbamus summoperè & laudamus. Quemadmodum rectè inquit Conzenius *Lib. VIII. Polit. c.5. p. 627. Avarum Principem detestor, sed tamen providum & benè nummatum requiro, imò unum ex primariis Principum virtutibus esse adfirmo divitiarum cumulandarum industriam, nec parum delinquunt, qui eam gubernationem instituunt, ut ærarium semper vacuum sit,* Et p. seq. *Qui virtute solâ se dicunt niti, & auro fidendum negant, speciosâ oratione utuntur, sed fallace. Auro fidendum non est, sed utendũ, & quò uti possis, habendum est.*

§. 3. Ast, uti jam innui, id in colligendis opib9 præprimis detur opera necesse est, ut modi, quibus Princeps uti constituit, cum æquo

& bonô, adeoq́; ſalute publicâ, pro ratione & varietate circumſtantiarum, conveniant. Noſſe itaq́; cùm conducat, qui adprobari debeant & qui improbari, nos eâ de causâ *duas* hujus Tr. fecimus *Partes*, quarum PRIMA proponit modos *honeſtos, adprobandos atq́; legitimos*, ut eos Princeps bonus efflagitante neceſſitate aut utilitate Reip. ſequatur & imitetnr, ALTERA verò *inhoneſtos & improbandos*, ut hos fugiat ſemper ac deteſtetur. Quod attinet *priores*, diſtinguendi nobis ii ſunt iterum in *ordinarios*, qui ſemper, & *extraordinarios*, qui tantùm aliquando, caſu vel *neceſſitatis gravioris*, vel *utilitatis inſignioris*, jure exerceri poſſunt: De illis agetur in Partis Primæ ſectione priori, de his in Sectione poſteriori.

PARS

PARS I.

De

MODIS HONESTIS, ADPROBANDIS ET LEGITIMIS,

SECT. I.

DE MODIS ADQUIRENDI ORDINARIIS, QUI RESPICIUNT VEL BONA PATRIMONIALIA PRINCIPIS, VEL REGALIA.

CAP. I.

De

Bonis Patrimonialibus Principis, & quæ circa ea consideranda.

§. I.

CIrca *Bona Patrimonialia*, quæ Princeps aut ipsius Majores habuerunt, antequam jurisdictionem illam sunt consecuti, *vel* ex usu fructu domanii & hujus reditibus à Rep. constitutis sibi compararunt, (Nam distinguen-

guendum hîc probè est, inter domaniũ & ipsius usumfructum, quodque ex eo percipitur & adquiritur, ut infrà §. seq. uberius sumus ostensuri, in quo multos esse lapsos *Grotius* notavit *Lib.2. de Jure P. & B.c.6.§.12.*) und welche/ut nobis hîc interserere liceat verba luculentissima Viri illius Summi, Domini à Seckendorff *P III. c.1.§.* ins gemein denen Güttern und Vermögen anderer Leute allerdings ihrer Art nach gleich/ aber nur in dem unterschieden seyn/ daß der Lands-Herr deren mehr/ in grösserer Anzahl und Vortreflligkeit besitzet / observandum est, (1) *quæ & quotuplicia* illa sint, & (2) *quomodo* ea ad commodum & utilitatem Principis rectè possint ac debeant *usurpari & administrari.* Nam tot juxta Philosophum *Lib.II. Polit.c.3.* sunt in bonis spectanda, *res scilicet ipsæ, & earum usus.*

§. 2. *Quoad prius*, sunt bona ista Principis patrimonialia quædam *Corporalia*, quædam *in juribus consistentia.*

Illa

lis vel *immobilia*, als Häuser/Schlösser/ Forwercke/ Höfe/ Aecker/ Wiesen/ Weinberge/ Höltzer/ Mühlen/ Schäfereyen/ *mobilia*, als Edelgestein/ Geld/ Gold/ Silber allerhand Getreidich/ mancherley Haußrath/ wie der mag genennet werden/ &c. hæc verò, quæ in juribus consistunt, sunt varii generis reditús, als Erb-Zinsen/ Stamm-Zinsen/ Zehenden/ Gülden/ Frohnen/ Trifft-Geld &c.

§. 3. *Quoad posterius*, administratio horum bonorum magis quidem ex Regulis Oeconomicis, quàm Politicis erit dirigenda ac dijudicanda; attamen nec illæ planè incognitæ debent esse Politico, siquidem ex Oeconomicâ scientiâ vera ars progeneratur, quâ gubernandi sunt alii, *juxta Fulv. Pacian. c. 2. de verô justoque Principe*; & talis est Politia, qualis est Oeconomia, *Luther. in Ecclesiast. c. 10.* Deñ/ ut verè scripsit *Melchior ab Ossa, in Prudentiá suâ regnativa, citante Runckelio in vitâ Principis generosâ p. 147.* Auf der Fürstl. Nützung bestehet ordentl.

 Weise

Weise des Herrn Unterhaltung und Fürstl. Wesen/ da derselben wol vorgestanden/ und Sie in gutem gedeylichen Wesen erhalten wird/ so stehen des Herrn Sachen desto besser: Hält man aber also hauß/ daß des Herrn Kammer-Güter und Nutzung von einer Zeit zur andern verringert/ auch derer weniger werden/ und einer diß/ der andere jenes/ was einen jeglichen gelegen/ von solchen Kammer-Gütern und Renten an sich reisset/ dar stehen die Sachen übel. Denn darauß erfolget nichts anders/ denn daß man der Obrigkeit Unterhaltung/ wenn dieselbe von den Kammer-Gütern nicht mehr erfolgen mag/ auff andere Mittel stellen muß/ als auff Steuren und Auffsätze auff die Unterthanen. Tanti proinde cum sit momenti recta hujusmodi bonorum administratio, operæ pretium erit, unam alteramve observationem de eâ breviter & paucis conceptam hîc subjungere, uberiori informatione scriptoribus istis Oeconomicis, quos subinde annotabimus, relictâ.

CAP. II.

De Administratione Bonorum Immobilium.

§. 1. Ad *immobilium* itaque curam pertinēt seqq. I. ut bona illa, & precipuè Fuhrwercke / Höfe / Schäfereyē / Scheurē und Ställe non solùm sarta tecta *conserventur*, sed etiam, ubi & quando necessa est, ad usum commodiorem *restaurentur*, quin & planè aliquando *renoventur*, de quâ re elegantem edidit libellum *Joseph. Furtenbach Aug: Vindel. ann. 1649. in 4:* ubi docet, quomodo novâ quadam ratione hujusmodi ædificia rustica commodè & convenienter exstruenda sint. Pertinet etiam huc D. *Heeresbachii descriptio* seines Meyerhoffs zu Irmsul / *& Sebizii exstructio villæ, quam tradit Operis sui Oeconomici p. 34.* Nonnulla quoq; ut plures taceam, huc pertinentia repenes *ap. Crescent. Marsil. L. 9. Ep. 1.*

§. 2. In specie autem MOLENDINO-

RUM cura maximè commendata ſit Principi. Illa enim, ſi benè ſint ordinata, haud exiguum præbere lucrum, oſtendit *Joh. Colerus in Tr.* von Mühlnutzungen/ & teſtatur præter alia celebre illud *molendinum Dantiſcanum*, quod ſingulis horis ſingulos aureos Ærario (der Pfund oder Zoll- und Rent-Kammer) lucratur Frölich *P. 1. Viatorii Lib. 3. p. 406.* Quomodo autem ea aptè & commodè exſtrui debeant, docet, ut rerum harum periti judicant, egregiè *Auguſtinus Ramellus*, Regis Galliæ quondam Architectus, *in opere ſuò eximiô, Gallicè & Italicè ſcriptô æneisque figuris illuſtratô, quod anno 1620. translatum eſt in Lingvam Germ: Lipſ. in fol.* Digna eſt, ut ad excitandum aliarum hujusmodi inventionum utilium ſtudium hîc addatur, deſcriptio ingenioſi & artificioſi *molendini Tholoſani* in Galliâ, quam hiſce verbis concepit *Zeilerus* im Handbuch *P. II. p. 277.* Zu Tholoſa in Franckreich hat es eine weitberühmte Mühle mit 15. Gängen/ die

Mühl-

Mühlsteine sind sehr groß/ und nur aus vielen eintzeln Stücken zusammen gesetzt/ und mit Eisen gebunden. Deren Stein ieglicher auff etliche 1000. Cronen werth geschätzet wird. Das Wasser treibt keine grosse Räder/ sondern es sind nur runde Kasten/ wie ein Faß/ in die Erden gesetzt/ darinnen die Mühl-Welle auffrechts stehet/ und sind unten Flügel daran gemacht/ wider welches das Wasser in einer Rinnen mit grosser Gewalt/ weil es einen starcken Fall herab hat/ läufft/ und die Welle umbtreibet/ auf welcher der Mühlstein ruhet. Adde *M. Spinolæ inventum* molæ militaris & portatilis, quæ ab equis vehitur & agitur, nec non *Faulhaberi* Neue *Invention* einer schmeidigen Haus-Mühl *in 4. an. 1616.* De *Lapidibus molaribus*, quorum omnium præstantissimi *Pirnæ*, in patriâ meâ, franguntur, *Vid: Agricola in Tr. de reb. metallicis.*

§. 3 II. UT INSTRUMENTA ET QUÆCUNQUE ALIA MOBILIA IN ISTIS ÆDIFICIIS REPERTA ad Oeconomiæ usum

usum quocunq; modô sive utilia sive necessaria in certis Indicib9 ac Inventariis annotentur, videndū; Ne forsan quædā damno domini, sive negligentiâ sive malitiâ villicorum & Præfectorum, quibus inspectio mandata est, corrumpantur, perdantur aut distrahantur.

§. 4. III. Eadem ratione etiam accuratè & publicâ autoritate describantur SERVITIA à subditis huic vel isti fundo præstanda; ne, si non semper iis fundus habeat opus, vel penitùs intercidant, vel certè molestias denuò exacta pariant. Prona etenim cùm sit rustica gens ad subtrahendum collum hujusmodi servitutibus, non dubitabunt negare, se ad hoc vel istud servitiorum genus esse obstrictos, nisi aut instrumentis & documentis publicis eos convincas, aut frequenti usu memoriam debiti ipsorum exerceas. Modò id sedulò caveatur ac diligenter, ne ab arroganter sæpè acerbis & crudelibus Præfectis servitia ista præstantes *sive*

per-

petuâ & continuâ actuum frequen-
sive intolerabili ipsorum vehemen-
plus, quàm æquum est, graventur,
potu ac cibo ipsis secundum morem
jus vel illius loci receptum debitô
fraudentur, sondern daß sie bey ihren
en Rechten und Gewohnheiten ruhig
lassen werden. Quamvis enim rusti-
s ille libertate ob probê præstita ser-
tia à *Bogislaô X. Duce Pomeraniæ*, do-
atus, cum intelligeret, Principem
andem quoque collaturum esse suis
beris, repugnando verè dixerit; *se esse*
atum rusticum & propterea cupere, ut li-
eri quoque sui eô in statu permaneant, non
nim decere, rusticum esse liberum, quòd, in-
ptus cum sit ad rectum libertatis & immu-
nitatis à jugó servitutis usum, seipsum aut se-
gnitie atque ignaviá turpem aut petulanti
animi elati superbià omnibus exosum redde-
rit, tandemq; in miserrimam sæpè miseriam
daret præcipitem: tamen, ut omne nimi-
um noxium, ita gravissimas turbas fre-
quenter excitasse Quæstores atque Præ-
fectos

fectos acerbá suâ in miseram rusticorum plebem petulantiâ, ne ad vetera, quæ omni ævo se obtulerunt, exempla dilabar, tot hôc ipso & præcedente sæculô à rusticis, patientiâ tandem in rabiem conversá, excitæ seditiones testantur.

§. 5. Porrò, cùm omnium rerum, ex quibus aliquid adquiritur, nihil, *teste Tulliô Lib.I. de Offic.* sit *agriculturá* melius nihil uberius, nihil dulcius, nil liberô homine dignius; cùm ejus vel mediocris diligentia, *prudentissimo Catone dicente*, rem familiarem summoperê augeat, villaque tota hinc locuples fiat, & abundet porcô, hædò, agnô, gallinâ, lacte, caseô, meller *ut idem Cicero inquit de Senect:* IV. curet Princeps, ut Agri, Prata Vineæ debitá cum solertià excolantur ab hominibus rei rusticæ probé peritis & gnaris. *Sæpê* enim unó ad cultum ipsorum necessariô neglectô non parvum fundis detrimentum & possessoribus damnum potest acci-

idere. Hinc omnes, qui prudenter
mp. instituerunt aut gubernarunt,
iculturæ primas dederunt. *Conzen.*
p. 641. Et probé hoc intellexerunt
ondam *Reges Lusitaniæ,* (ut silentiò
nc Vetera Romanorum notissima e-
mpla præterea) Quæ eleganti studio
llecta videri possunt ap. *Fr:* Patricium
Institutione Reip. Lib. 1. Tit. 7. p m. 38.
qq.) qui, quod ipsi sæpè industri-
m suorum agriculturæ Præfecto-
um inviserent, laudabili cognomi-
e *Agricolæ* denominati sunt. *Tymp. Sing. 9*
.40. ex Osoriô de Institut. Principis. Ipsi
utem *Villici Præfecti,* ut majorem sibi
omparent agri colendi notitiam, non
vocales tantùm, sed mutos etiam, con-
sulant doctores, quales sunt Africanus
Chrametes Patavinus *in suis Lib. VII.* vom
Feld-Bau/ Tob. Mollerus im Sommer-
Feld-Bau *Lips. 1593. in 4.* Auctor des
Feld-Acker-Baus / *Francof. 1583. in fol.*
Colerus &c. Quoad vini culturam in
specie, Joh. Rasch im Weinbuch vom
Bau und Pflege des Weins/ München
.581.

1581. in 4. Auctor des Tr. wie der Reiff Frühlings-Zeit von den Rebenstöcken möge abgewendet werden/ *Strasb. 1607. &c* Tq. compendium autem omnium circa vini culturam scitu utilium esse poterit die erneuerte und confirmirte Weinmeister-Ordnung Sereniss. *Johannis Sigismundi,* Electoris Brandenburgici, gloriosissimæ recordationis, an. 1617. quæ constitutio digna, certè, non dicam ob auctoritatem tanri Principis, sed ob ipsam utilitatē contentorum, ut à quovis non vinitore solùm, sed & Principe, legatur. Denique, qui primi erant dicendi, Joh. Liebholdi & Caroli Stephani Libb. vom Feld-Bau und Bestellung eines Meyerhoffs / verdeutscht *per Melchiorem Sebizium, Argent. 1580. in fol.*

§. 6. V. Prospiciendum est, *ne ulla pars fundorum* deserta, inculta vel rebus minꝰ proficuis obsita *linuqatur,* sed exēplô potiùs *Masanissæ,* Regis Numidię, *Val. Max. Lib. 8. c. 13. & Romanorum Veterum, t.t. C. de omni agrô desertô Lib. II.* (Quos

etiam

am est secutus *Odoacer*, Flandriæ Præf. 874. *Tholos. III. de Rep. c.2. n. 9. & Be-d. de Aer. p. 56. & Mahometes II.* Turcarũ p. *Tholos. ibid.*) ad ea perquirenda cer-ac diligentes Inquisitores constituan-r, eaque loca colonis ad excolendum adantur; ab initio quidem gratis, po-ea verò ex æquo constitutâ pensione onfer infrà §. 12. seq.) Omnes siqui-em naturæ opes, quibus communis ominum vita sustentatur, telluris dili-entissimò cultu continentur & fœno-e multiplicatô redduntur *Boter. Lib. VII. e Illustr. Statu & Politiâ c. 4. p. 422.* (Ut gregiè per discursum ostendit *Latherus le Censu Lib. 3. c. 6.*) Quemadmodum etiã n Comitatu *Sarwerdensi* ante aliquot annos consiliò Nobilissimi Viri, *Joh. Philippi Streussii* à Leuenstern aliquot in lo-cis terra silvis & vepribus obsita ita exculta est, ut Comites Nassovii inde multis aureorum millibus suos reditus amplificarint, *refer. Faustiô C! 13. cons. 25. pro Aerariô, ord. 934.* Sic *Belgæ* hodiè lo-

ca

ca ipsi Neptuno indefessâ sua solertiâ atque industriâ quasi extorta passim excolunt. Et quid, obsecro, Taciti tempore erat universa nostra *Germania*, nisi horrida & aspera terra, continua silva & incultum desertum, quæ hodiè plurimis in locis vix ulli Europæ regioni amœnitate ac fertilitate cedit? Ex quibus abundè poterit constare, verum esse, quod *Cicero l.c.* dixit, *terram nunquam recusare imperium.* Quapropter iterum moneo *cum Conzenio p.640. & p.650.* Principem, ut diligenter circumspiciat, quid negligatur, quid coli possit. Nam desuetudine & cultorum ignaviâ multa olim fertilia terrarum passim inculta & horrida nunc jacent. *Neque dici potest,* (pergit *Conzen. l.c.*) *optima quæque esse occupata. Nam & olim ita videbatur, cùm saltus unus esset Germaniæ, nunc, quod de herbis dixerunt nonnulli, optimas calcari, de Germaniâ quoque usurpare possumus, optimas glebas calcari, non coli. Vidi privatos, vidi Nobiles, Prælatos, aliosque, qui repurgatis colli-*

collibus vites plantarunt, aut fruges severunt, pascuaque læta effecerunt. Quantas opes Reip. parare posset Princeps, si vel coli suo sumtu, vel colendos pro decimis assignaret? Olim tota ditio Fuldensis saltus erat, jam nulli Germaniæ parti, exceptâ Rhenanâ & Istrianâ, cedit. Et mox: *Quemadmodum olim infrugifera loca illa putabantur, quæ nunc cultissima fertilissimaq́ sunt; ita nunc quoque insignes agri sunt, quos aratra nondum violarunt; paludesque sunt, quas siccari posse multorum industria docuit.*

§. 7. VI. Pro excolendis HORTIS *ex aliis quoq́ regionibus comparandæ sunt arbores & semina*, ex quibus multum lucri percipiatur; experiendó, an propriæ regioni possint aptari. *Læl. Zecch. de Principe Lib.* II. *c.* 3. Nam ut *Aristot.* I. *Polit. c.* 10. statuit, ea pecuniæ quærendæ ratio, quæ est à fructibus & anima . libus, naturę consentanea prę omnibus est. *De Cyro* sanè, magnò illo Persarum Monarchâ, tradit *Xenophon*, quòd, cùm viderit industrios atque solertes Præfe-

ctos

ctos ſuos in propagandis fructiferis arboribus fuiſſe, ampliorem mox ambitum agrorum ipſis adſcripſerit, quô eò magis ipſorum excitaret atque exerceret induſtriam. Et idem Cyrus apud Lacedæmoniorum Legatum, Lyſandrum, inter infinita regiæ gazæ ſpectanda *ſeſe conſitorem eſſe*, gloriabatur unicè, *inquit Ferrarius Appar. Hortenſ. Lib. 1. p. 5. ex Juſtini Lib. 36.* Sic Sereniſſ. Elector quondam Saxoniæ, AUGUSTUS, glorioſiſſimæ recordationis Princeps, non tantùm ipſe hortorum cultum ſtrenuè ſemper conſectatus eſt, ſed etiam, ut â ſubjectis idem fieret, arboresq; copioſè paſſim ſererentur, Edicta publicê propoſuit, ſuo exemplò viam aliis præmuniens. Unde etiam factum, ut hôc veluti claſſicò excitati equeſtris ordinis haud pauci, ipſaq; etiam *Lipſia*, ſuis injunxerint, ut felicium arborum numerum quotannis ſererent. Vide omninò pluribus iſta deſcribentis *M. Pauli Jeniſii Eccleſiaſtæ B. Electoris Orat. II. de*
lauda-

latisſimi iſtius Principis obitu. Nec ini-
tum aut adverſum eſſe horticulturæ
promovendæ ſtudio hodiè feliciter (fa-
Deus, diutiſſime!) imperantem, Se-
riſſ. Saxoniæ Electorem, Dn. JOHAN-
NEM GEORGIUM II. Patrem Patriæ
ementiſſimum, vel ſoli ab ingenioſis
ilis extra portam Wilsdorffenſem
resdæ exſtructi horti poterunt teſtari.
uos ut propediem in noſtrâ Saxoniâ
udanda æmulatione ſequantur alii in
omparandis & propagandis exoticis,
ptandum eſt. Quàm etiam cordi ſit
nter ipſas immenſas ampliſſimi ſui re-
iminis curas idem hortorum colendo-
orum ſtudium Sereniſſ. ac Potentiſſ.
Electori Brandeburgico, Dn. FRIEDE-
RICO WILHELMO, Heroi non mi-
nùs prudenti quàm forti eleganter do-
cet Cl. Dn. *Elsholzius*, ipſius SERENI-
TATIS ELECTORALIS Archiater
vel ob hanc ipſam horti colendi ſcien-
tiam celeberrimus, addito Catalogô Il-
luſtriſſimorum Virorum, qui tanti, quē
vene-

venerantur, PRINCIPIS instigati exemplò strenue per Marchiam aliasque Brandeburgicas Provincias laudatum istud studium hodie sectantur. *Lib. 1. de Horticultura c.1. p.4. seq.* Quomodo Turcarum Imperator hortorum suorum culturam ad quæstum adornaverit, legi meretur apud *Lonicerum Turc. Histor. Lib. 1 c.20.*

§. 8. Ex ARBORIBUS itaque præter *pomos, piros, cerasos, prunos, persicos*, hujusque generis alias, *exoticarum* etiam curam sedulam Princeps hortorum suorum Præfectis injungat, *sive* in medicina, ut e. g. die Moschrosen / ex quibus celebris Syrupus aureus Ducis Mantuani paratur, *quem Syrupum Elsholtzius medicamentum verè regium appellat, l. c. sive* in victu, als Mandeln / Feigen / Cocos-Bäume / Pomerantzen / Citronen / rc. de quibus peculiarem edidit Tr. *Joh. Bapt. Ferrarius*, sub Tit. *Hesperides, seu de malorum aureorum culturâ, Romæ anno 1646. in fol. sive* aliâ quacunque ratione usum aliquem

em præſtare & quæſtum proferre
nt. Certè nonnullorum diligentiâ
cas & aureas malos ex limonum ſe-
e natas ſuccreviſſe & fructus tuliſſe
n in frigidis *Rhetiæ & Helvetiorum*
onibus, ſcripſit *Petrus Bellonius* in li-
o *de neglectâ culturâ ſtirpium* conſta-
oſſe ex iis, quæ Tiguri conſpiciun-
Probl. 4. p. m. 240. An verò Helvetiâ
iſdem gignendis Germania noſtra
infelicior, quæ tàm fertilis hodiè, ut
cubi etiam arbores bis unò annò fru-
is proferentes inveniantur (*teſtatur hoc
Pomeraniâ Micræl. Lib VI. p. 399*) Non
edo. Ad ſint modò hortorum Præ-
cti *probè periti atque ſolertes*, nullus du-
to, quin noſtra terra arboribus iſtius-
odi exoticis ita poſſit aptari, ut non
abeamus neceſſe aliundè magnis
umtibus advehere, quæ noſtra terra
pſa propugnare poſſet. Quæ autem
ic de *malis citreis & Punicis* dixi, non eò
quidem pertinent, quaſi iis *praprimis*
danda ſit opera, cùm hodiè vili pretiò

eas emere nobis liceat; ſed ideo admonui, ut pateat, non deſperandum eſſe circa felicem exoticarum arborum ac fruticum curam, cùm etiam tàm molles arbores terram noſtram non abominentur. Magna vero profectò eſt hominum circa *cedros* educandas negligentia, quæ, cùm in altis frigidisque & opertis nive montibus Aſiæ naſcantur, noſtrum cœlum non fore ipſis magis adverſum, quàm illud, credendum eſt; *Conzen. l. c.* quod etiam multis jam experimentis & teſtimoniis peritorum hortulanorum, ſi opus foret, confirmari poſſet; ut adeò, non dubitandum ſit, induſtriâ nos lignum iſtud omnium præſtantiſſimum tantâ copiâ comparare poſſe, ac abietes forſan aut ſalices. Inter omnes autem arbores vix ulla magis Germaniæ noſtræ eſt commendabilis, quàm Morus, propter vermiculorum ſericorum comparandam copiam, (*de quibus c. ſeq. III.*) cùm adæquè moreta ad alimoniam iſtorum vermiculorum

pas-

ssim in suo territorio, præsertim ubi
neæ, Princeps Germanus plantare
ssit, ac Itali aut Galli. Tu tenta mo-
, inquit *Faustius Cl. 16. cons. 22 pro Æra-*
-ord. 1107. eventus & successus procul
bio ex voto respondebunt. Quod
sum comprobare possunt suo exem-
ô ditiones *Moguntinæ & VVürtebergi-*
. Locum autem ad plantandum
oros eligi jubent *Aldrovand. Lib. II. de*
sectis c. 4. p. 289. & Jonstonius macrum
tque petrosum, montes scil. atque
olles, quia quæ in locis eminentiori-
us nascuntur, ventus perflat, & ab
mni humido roridoque recrementô
epurgat, adeoque saniores bombyci-
us reddit. Præferendæ autem sunt *ni-*
træ mori albis, quòd crassiores sint so-
idiorisque ac melioris nutrimenti;
atque citò germinent, noviluniô Fe-
bruarii stercorandos esse dicit *Aldrov.*
l. c. p. 289. cum quô confer præcipuè *Se-*
lizium Lib. III. c. 85. p. 450. seqq.

§. 9. De AROMATIS porrò, HER-

 BIS,

BIS, FLORIBUS, ALIISQUE EXO-
TICIS gignendis conſuli ſuadeo *Jacob*
von Kemmingen Beſchreibung der Aro-
maten / Gewürtz und Specereien / auch
etlicher Simplicien, ſo in Deutſchland
wol zu ziehen und wachſen. *Argent. anno*
1580. in 4. Olim ſanè *Glycirrhizam* ſola
ſibi vendicabat Italia, hodiè eam Bam-
berga in magna affluentiâ per Franco-
furtenſes ad Mœnum, aliasque, Nundi-
nas Superiori & Inferiori Germaniæ
magno ſuô cum emolumento commu-
nicat. Et quæ, obſecro, tenerior plan-
ta eſt, quam *Aloe?* nihilominùs tamen
non in *Miſniæ* ſolùm aliquot locis hôc
noſtrô ſæculô poteſt videri, ut *Choræ*
prope Alteburgum in horto Dn. Con-
radi à Löſern/ ubi Aloë 55. annorum
menſe Majó 1663. caule 12. ulnas altô
protrusô inter Junium menſemque
Octobrem ultra 300. flores progenuit
Elsholz. l. c. p. 49. ſed alibi etiam, ut
Stutgardiæ in Viridariò Sereniſſ. Princi-
pis, EBERHARDI, & in ipſa *Holſatiâ,*
de

uâ Aloe *Dn. D. Joh. Daniel Major,* *nii P.P. in Programmate suo de Aloe in* *riss. aula Gottorpiensi 1668.* Hoc mi-, *inquit*, non est indignum, quód je nostra, cùm *Americana origine* sit, in *entrionali hoc Europæ cardine* adeo læ-crescat, & defensa quotannis in hy-naculo hortensi contra brumales in-jas aëris ab hortulano Illustris Viri-rii, Mich. Gabr. Harteró ad somum 1 60mum viroris sui annum incorru-a optimè manserit, ut scapum flori-rum jam ostendat ultra pedes 4. eve-um, &c. Ex quibus constat, falsam se non tantûm opinionem de Aloë ommunem (ut hoc obiter annotem) quasi centesimô demum quoquò annô loreat, sed etiam illam, quæ statuit, ad-gignendum hujusmodi teneræ naturæ plantas terram nostram esse ineptam aut inidoneam. Cujus sententiæ con-trarium experientia, si consuleretur, fa-cilè posset probare,

§. 10. Uberiorem autem informa-

tionem harum rerum Lectori dabunt Auctores seqq. & QUOAD COGNITIONEM quidē NATURÆ atque FIGURÆ PLANTARUM, prętér herbarios passim, quorum *ducentos* numerasse quendam refert *Ferrarius in Florá Lib. I. c.2. p.12.* longosque pertexerunt catalogos *Gesnerus Argent. 1552 & Bauhinus in suo Pinace, statim in principiô*, eam haurire poterit ex *Rudbeckii Catalogô Plantarum Vesal. in 8. D. Joh. Jacobi* Schusters *Deliciis arboreticis*, ubi de raris & peregrinis arboribus egregiè tractat, *Caroli Clusii Exoticorum Libris X.* quibus animalium, plantarum, aromatum, aliorumque peregrinorum fructuum historias descripsit, *Antwerp. 1605. fol. Swertii Florilegiô in fol. Antwerp. 1624. Olorini Centuriâ mirabilium arborum Magdeb. 1605. in 8. Joh. Fragosii, Hispan. Regis Medici & Chirurgi Historiâ aromatum, fructuum, & simplicium aliquot ex utraque Indiá in Europam delatorum, quem edidit Israël Spachius, Med. Argent. 1610. 8. Elsholzii Florâ Marchicâ*

seu Catalogô plantarum, quæ in
is Electoralibus Marchiæ Brande-
gicæ excoluntur, *Berolini in 8. Joh.*
ttichs *Tr.* von Bezoar/ubi multa uti-
ma vom Taback/Wunderbaum/Chi-
Sarsa-Parilla, &c. habentur. Cum
bus etiam conferri possunt *Catalogi*
ntarum in singulis regnis atq; Provinciis
centium, in specie novissimus *Cantа-*
giensium, *Cantabr. 1660. editus in 8.*
OAD CONVENIENTEM AUTEM
RTI & PLANTARUM COLENDA-
M RATIONEM, vid. *Gesnerus de Hor-*
Germaniæ Argent. 1561. fol. Dan. Rhagu-
Pflantz-Garten *Bern. 1639. Georgii*
arii Garten-Kunst/ *Argent. anno 1568.*
oh. Peschelii Garten-Ordnung/ *Eisleb.*
594. in fol VVolffg. Jacobi Dümleri erneu-
rter Baum-und ObstGarten/*Norib. 1661.*
Anton. Mizaldi hortorum secreta de ar-
orum insitione Lutetiæ 1575. 8. Le Jardi-
ier Francois citatus Elsholzio, Joh. Bapti-
stæ Ferrarii Flora, seu de Florum culturâ
Lib. IV, Amstelod. 1646. in 4. ubi *Lib. 1.* in

genere de horticulturâ tractat, seqq. autem de florum curâ in specie, Der verständige Gärtner über die 12. Monaten des Jahres/ oder eine Unterweisung Bäume/ Kräuter- und Blumen- Gärten zu pflantzen und zu besaamen/ *Hamb. in 12. 1664. Elsholzii* Gartenbaw/ *an. 1668. in 4. Colon. ad Spream &c. &c.*

. II. Quos auctores *propterea* adducere voluimus, ut *non tantùm* Princeps unum alterumve istorum recreationis gratia, (*quæ non absque utilitate erit*) horis subsecivis ipse perlustrare possit, *sed precipuè etiam*, ut hortulani, certè *hortorum præfecti*, sedulò eosdem volvant atque revolvant, accuratamque exinde horti colendi scientiam comparare sibi studeant. Utque eò feliciùs incrementa hortorum & propagatio exoticarum frugum atque plantarum succedant, suaderem ego Principi, ut *viris aliquot rerum Physicarum & Chymicarum* (incredibile enim est, quantum Chymia hìc possit pręstare, *vide modò Glauberum in* Tr. *suo*

ſive naturá Salium) probè peritis & experientiâ per itinera, congreſſus cum viris eruditis & ocularem variorum celebrium hortorum contemplationem comparatá benè inſtructis, unicam iſtam curam, conſtituto eis honorabili aliquó ſalarió, demandet, ut, frequente tùm citatorum, tum aliorum, qui eò conducere poſſunt, auctorum lectione & diligenti collatione habitâ experiantur, quænam per prudentem atque ſolertem culturam Exoticæ plantæ poſſint generari, quidque lucri ex illis percipi queat. Annotent atque deſcribant verò iſti in peculiari ad hoc deſtinatô & ſecundum ordinem Alphabeti diſpoſitò librò cujusvis plantæ horto inſertæ non ſolùm *nomen, formam, figuram qualitatem terræ, in quâ generatur, culturam per ſingulos menſes ac dies, imò, ſi opus, per ſingulas horas, tempus illam terræ inſerendi, eximendi, tranſponendi*; nec minutisſimum prætereant, quod neglectum aliquid detrimenti afferat; tùm *ipſius uſum ſive medicum ſive quemcun-*

que alium; impensas item ad culturam necessarias, & lucrum seu quæstum denique ex illâ capiendum, consignent. Jam si istis Viris eruditis industrii adjungerentur hortulani & operarii, sponsionem facere ausim, quidquid videatur imperitis, sumtus, quos forsan principiò impendere Princeps haberet opus, intra paucos annos tàm abundanter restitum iri, ut non contemnenda inde accessio ipsius Reditibus fieret. Quantus *Rustanus Bassa* Turcorum Imperatori quondam pari ratione conquisiverit opes, vide quæso apud *Busbequium Epist. I. p. in 73. At enimverò*, ut jam suo tempore questus est *Bellonius l. c. Probl. 15. p. 232. tædiô, omnis boni hoste, multa præclara opera impediuntur. Nam ut singuli præsentibus fructibus uti vellent, sic assem præsentem habere malunt, quàm aureum coronatum diutiùs exspectandô; aliter tamen sentiendum in hujus culturæ pertinaciâ, neque temporis mora quemquem offendere debet, quandoquidem etiam Nepotum habenda est ratio.*

Spe-

Spero tamen, si Divinum Numen almam pacem nobis (quod rogamus,) amplius concesserit, unum alterumvé Principum Germaniæ daturum esse operam, ut probâ culturá terræ & rectâ administratione bonorum Cameræ, ut vocant, imposterum ex parte adquirat, quód hactenus gravi sæpè cum subditorum molestiâ sola per Tributa & vectigalia varia conquirere habuit necesse.

§. 12. Ulteriùs, & VII. ad curam bonorum immobilium, in specie ad excolendum loca deserta & comparandum fructus ex agris, & hortis ad quotidianum vitæ usum necessarios, etiam pertinet, prospicere, *ut frequens & sufficiens adsit rusticorum & incolarum multitudo*, quod consequetur Princeps, si extranei quoque, non quidem pessimi quilibet, hoc etenim periculosum foret, *Vid. Cl. Dn. Felden ad Grot. II c. 2. §. 16. & 17. p. m. 133.* sed qui bonæ sint nationis, *Bœcler. ad Grot. II. c. 2. p. 84.* & famæ, *qui præter meritum suum miseri, qui à*

 tyrannis

tyrannis oppresſi aut religionis cauſa exules, ad incolendum ſub æquà penſione fundos, pagos & oppida Principis admittantur, certæque portiones terræ ad conſerendum agros & hortos ipſis concedantur, quò habeant, unde ſibi victum & amictum, Principi verò lucrum, adquirant. Sicuti *Trojanis* à Latinis *Aboriginibus* duri atque aſperrimi agri *ſeptuaginta jugera* olim data fuerunt. Imò utilisſimum eſſet in aliquibus locis noſtræ Germaniæ, ubi major incolarum & ruſticorum raritas deprehenditur, *publicis* etiam *Edictis* omnes, quibus hoc gratum foret, *ſive extranei ſint ſive indigenæ*, ad incolendum loca deſerta & conſtituendum novos pagos & oppida, ſuavibus propoſitis conditionibus invitare & allicere; Puta, *ut* poſſesſio locorum ipſis adſignatorum non tantùm ad liberos quoque deſcendentesque cæteros tranſeat, ſed in quoscunque etiam, conſenſu tamen magiſtratus, eam derivare poſſeſſori liceat;

Ut

Ut tantum cuiq; adſignetur agri ad parandum victum, & ligni ad exſtruendum domicilium, quantum ad ſuſtinendum commodè familiam cenſeatur ſufficere, diſtributione tamen ſecundum proportionem, non Arithmeticam, ſed Geometricam, factâ i.e. non tàm pro familiæ numerò, quàm perſonarum miſerii, probitate atque induſtriá; *Ut* immunes ſint ad certum tempus, quod ex qualitate fundi poterit conſtitui, ab omnibus exactionibus atque Tributis, nec niſi paulatim ad æquam cum antiquis aliorum locorum incolis contributionem adſurgant. Quemadmodum Sereniſſimus ac Potentiſſimus Elector Brandenburgicus, Dn. FRIDERICUS WILHELMUS in Receſſu de an. 1653. §. 41. denen jenigen/ ſo in den Churfürſtl. Aemptern wüſte Höfe beziehen und anbauen wollen/ 6. Jahr Befreyung gnädigſt concediret, exceptis tamen oneribus realibus, was Prieſtern und Küſtern gehöret. Si quæ prætereà aliæ conditiones proponendæ requirantur, facile, qui

dicta

dicta observaverit, eas invenerit. Cùm enim hic locus universus magis sit consilii atque officii pro circumstantiarum ratione diversi, quàm regularis atque directi alicujus praecepti, praecipuas tantùm & generaliores conditiones hîc annotasse sufficiat. Caeterum ut non dubitandum est, quin plurimi hujusmodi conditionum suavitate allecti, & seu victus egestate, seu exilii gravitate, seu aliâ quacunque necessitate, compulsi venturi sint ad accipiendum ambabus, quòd dicitur, manibus porrectum istud honestè sibi de vitae necessariis prospiciendi beneficium; Ita Princeps exinde non tantùm laudes sibi conciliabit singularis prudentiae, paternae erga miseros gratiae, eximis in bonos amoris, sed & gloriam consequetur majoris potentiae, cujus vel firmissimum fulcrum multitudo populi (praecipuè tantis beneficiis adfecti) censenda est; moxque auctis Tributis, quibus absque hóc medió forsan cariturus esset in perpetuum, non exiguam accessionem suo Aerario vel Fisco parabit.

§. 13.

§ 13 Quemadmodum etiam, quæ de receptione incolarum hic diximus, *quoad universam suam Remp.* Princeps utiliter observare poterit. Siquidem hospites recipere nos tum divina sanctio obligat *Exod. 12. 48. c. 23. v. 9.* *tùm* φιλανθρωπία peregrinis debita compellit. *Barbarorum enim est*, inquit Strabo, *hospites pellere*. *Et* Ambrosiô judice, *Lib. III de Offic. c. 7. illi, qui peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi sunt.* Unde apud Halicarnass. *Latinus æquam esse dicebat causam Æneæ, si sedium inopiâ compulsus eò venisset, Grot. Lib. II. de P. & B. c. 2. §. 16. 17.* Sed & *cui multus est populus, is omnibus abundat, quæ humana industria & intelligentia complectitur. Boter. Lib. VII. de Illustr. Statib. c. 10. & 11. Quantum enim plures,* (inquit Xenophon. *de Vectigalib. p. m. 394. Operum*) *ad habitandum venerint, tantò plura & importabuntur, ementur & vendentur, & plus mercedis atque stipendii auferetur.* Dignitas denique Regis, ipsô Regum prudentissimô ac sapien-

tis-

tissimo, SALOMONE, fatente *Prov.* 14 in multitudine populi, & in paucitate plebis ignominia Principis, consistit. Movere insuper debent exempla tum vetera tum recentia. Sic namque Æoles Colophonios, Rhodii Phorbantem ejusque socios, Cares Melios, Lacedæmonii Minyas, Cumæi alios ad se ventantes, receperunt. Sed, ut taceam nunc vetera, quæ magnâ copiâ ex sacris & profanis Historiis possent proferri, exempla, contemplabimur saltem recentia, & videbimus ELISABETHAM, Angliæ Reginā, prudentiæ laude excellentissimam, atque FRIDERICUM III Palatinum Electorem, exules Belgas recepisse humanissimè; *Thuan. Lib.* 45. *p.* 458 *Meteran. Lib. III. Anal. Belgic. p.* 165. sistet se nobis *Geneva* etiam nostrâ ætate Galliâ Italiâ alibique ob religionem expulsos hospitiò dignans. *Boter. L. II. c.* 1. *de Orig. Urb. p.* 845. Idem nobis constabit de *Helvetiis*, *Venetis* ac *Belgis*. Sed quid opus est plura producere exempla
ad

ad persuadendum istud humanitatis genus laudatissimæ nostræ Germaniæ, cùm jam dudum *Inferior* Belgis & Anglis non una vice hospitium, incolatum & indigenatum concesserit, *superior* iisd. officiis ac beneficiis Bohemos, Carinthios, Moravos, Silesios bello Bohemico sibi non parum obstrinxerit, quod vel ipsos in patriam reversos, nisi ingratissimi sint, testari oportebit? Cumque prolixè ea hoc locò persequi, nostri non sit instituti, alii tempori & occasioni, quæ dicenda restabant, reservamus & plura cupientem interea remittimus ad *Scipionem Ammiratum Disc.8. & 12. Lib.II. Diss. Polit. in Tacitum & Lib.III. Disc. 8. Hippol. à Collibus de Incremento Urbium c.16.* aliosque.

§. 14. VIII. Non negligenda est *cura aquarum*, ne *vel* deficiat agris fœcundatio necessaria, *vel* nimia aquarum copia ac vehementia terram inundet, commodamque ipsius culturam impediat atque prohibeat. Ubi rivi item desunt

deſunt ac fluvii, aliunde derivare eos neceſſe eſt. Quapropter non dubitet Princeps, ſi opus ſit, laudabilem *Belgarum* imitari induſtriam, qui molendinis à vento agitatis & foſſis aquas exhauriendi, ubi abundant, & derivandi, ubi deficiunt, nullos ſubterfugiunt labores. De ratione autem aquæductionum conſuli poteſt imprimis *M. Vitruvius Pollio, de Architect. Lib. 8. c. 7. p. m. 374. ſeqq.* ubi varios earum modos deſcripſit, cum quo conferatur *Caſtilionius in Notis ad l. c. Vitruvii, Plinius* item *Lib. 31 c. 6. Lib. 9. c. 11.* qui *quatuor* potiſſimum genera aquæduntuum conſtituit. *Cum enim ducenda eſt aqua,* inquit, *ducitur aut formâ ſtructili i.e. canali fabricâ conſtante,* (ut explicat *Caſtilionius l. c.* quemadmodum *Procopius Lib. I,* ſcribit, Romæ 14. aquæductus fuiſſe ex coctô latere ea latitudine ac profunditate, ut equo inſidens quis per eos evadere potuerit, cum quò, ſi lubet, conferri poſſunt *Sexti Julii Frontini de aquæductionib. Urbis Romæ*

Lib.

Lib. II. inter fragmenta vetuſtiſſimorum Auctorum *Baſil 1530. editi*) *aut* (2) *plumbeis fiſtulis*; *aut* [3] *canalibus ligneis*, *aut* (4) *fictilibus tubis*. Quoad *plumbeas fiſtulas*, commendat eas quidem etiam *Fauſtius Cl. 16. conſ. 51. ord. 1136.* quod ſub aquis magis durent, quia plumbum, tanquam naturá frigidum & humidum, nulla vis aquæ conſumere poteſt, taleſque canales plumbeos ſe memorabili exemplò transverſim ductos obſervaſſe profitetur in fluviò Viadro juxta arcem Carlatenſem in Sileſiâ, Domini Baronis Schönachii conſiliô & ſumtibus relictas. Verùm, ut hujusmodi Canales forte approbari poſſint *in fluviis*, vix tamen in derivandis aquis in prata & agros, minimè omnium autem in aquis ad quotidianum victûs uſum ducendis adhiberi debent. Attrahit enim aqua tranſiendó multum de plumbi non purgati aut correcti malitioſis qualitatibus, quæ ventris profluvium aliasque graviſſimas ægritudines

nes facillimè causantur. *Vid. Sebiz. de Oecon. Rust. p.15.* De Machinis autem & organis aquam exhauriendi videri possunt *Vitruvius* Lib. *II. c.9. p.m.455. Ramellus in Tr. de Machinis, Zeisius P. II. Machinarum, Sculteтus in Methodo & Principiis* aller Wasser-Künste/ *Geræ. in 4. anno 1622.* Egregium etiam instrumentum, per quod aqua exhauritur ex profunditate aliquâ, additâ figurâ aeri incisâ describit acutissimus & ingeniosissimus *Robertus Flud*, aliàs de fluctibus, Armiger & in Medicinâ Doctor Oxoniensis in præclara sua & solidioris ac utilioris doctrinæ Philosophicæ Studiosis apprimè commendandâ, utriusque Cosmi, Majoris scil. & minoris, Metaphysicâ, Physicâ, atque Technica Historiâ in duo Volumina secundum Cosmi differentiam divisâ & editâ *Oppenhemii anno 1617. in fol. Tr.II. P.II. Lib.2.* Quomodo porro in tellure aquæ penuriâ laborante scaturigines ac fontes investigandi sint, docent eleganter *Vitruvius Lib.8.*

c.1.

l. p. m. 336. seqq. Gvil. Philander Castil. in annot. ad Vitruv. l. c. Petrus Crescentius Lib. 1. c. 10. Sebizius de Agricultura p. 13. Quod difficultatem & gravitatem sumtuum concernit, quos in operarios ad perficiendum, quæ diximus, impendere necesse foret, ea commodissimè tolli poterit, si observentur, quæ infrà c. XII monituri sumus.

§. 15. Porro etiam FINIUM seu terminorum sedula habenda est cura, ne forsan fraudulentâ vicinorum malitiâ signa eorum tollantur, adeoque termini fundorum vel coarctentur vel transponantur. Plura, quæ de hâc Oeconomicæ disciplinæ parte hîc dici possent, partim erunt reliquenda privatæ cujusvis boni Oeconomi solertiæ atque peritiæ, partim ex *M. Catone Censorinô*; qui primus, teste Columellâ, de Agriculturá in Lat. Linguâ scripsit, *Varrone*, qui demū anno ętat, octuagesimo Libros suos confecit, in quib9 videndum, quantos fructus & quanta commoda Romani

ni olim ex villis ſuis perceperint; *Columellâ*, qui imprimis de vitibus plantandis egregiè præ cæteris ſcripſiſſe putatur; *Palladiô*, cujus Liber ſecundum 12. menſes diſtributus oſtendit, quid in unoquoque Agricolæ agendum ſit, *Heeresbachio*, *Colerô & imprimis ex Tob. Mülleri Tr.* vom Feld-Bau/ & *Olivieri des Serres Theatro Agriculturæ*, quo nec antea prodiiſſe nec proditurum eſſe unquam Scriptorem aliquem hôc in genere meliorem, etiam peritiſſimi judicant. Accuratiſſimè enim & elegantiſſimè omnia, quæ ſive ad conſtitutionem ſive ad conſervationem villæ alicujus poſſunt eſſe neceſſaria aut utilia, perſecutus eſt. Leipzig *anno 1593. in 4. cæterisque Auctoribus jamjam citatis*, haurienda ſunt.

§. 16. Denique, ut ne *malitia & fraudibus Præfectorum* ſuorum Princeps aliquod patiatur damnum, X. ipſe adminiſtrationis geſtæ rationes probè perluſtret, vel certè per fideliſſimos ſibi mini-

nistros perlustrari curet, se saltem aliquando præsente, omnia accuratè inquirat, num vera sint, an falsa & ficta, quæ in rationes relata sunt, num rationes calculo respondeant, data cum acceptis apochisque concordent. De modo verò fraudes Præfectorum circa rationes conficiendas præcavendi videantur, quæ egregiè docet Illustr. Dn. à Seckendorff P. III. c. 4. Unde meritò laudatur Illustrissimus Princeps, *Ludovicus Senior.* Hassiæ Landgravius, p. m. quòd adeò diligens fuerit in cognoscendis rationibus Quæstorum & ministrorum, ut reditus anniversarii etiam tenuissimæ Præfecturæ illi fuerint notissimi & libros Rationum multorum annorum semper ad manus habuerit, ut ne de teruncio quidem verba ipsi dari potuerint, *ut loquitur Runckelius in Principis vitâ generosâ p.233.* Utinam hoc laudatissimi Principis laudabile exemplũ quilibet alius sequendo rationes & summas suorum redituum optimè cognos

gnoſcere diſceret! *Nam quisquis es Princeps*, ut verè loquitur Cl. Schoockius *licet à magnificentiâ commendari debeas & optes, tamen ipſe per Te rationem ſumtuum, quos facis, & facere potes, inire debes, exemplô Auguſti. Si verò cuicunque alteri ſoli negotium hoc revidendarum rationum commiſeris, vix evitabis, quin tandem te deceptum eſſe fateri cogaris.* Quod apud animum perpendens ille Quæſtor, cùm ob nimium luxum & inſolentiam juſſu Principis coram Commiſſariis rationes tàm citô adquiſitarum divitiarum reddere deberet, ad illos converſus quæſivit, ecquid ex mandatò Principis præterea ſcire velint, acceptoque reſponsô, nihil ſe aliud quærere; *Benè ſe res habet*, inquit, *Deus ille, qui veſtri curam egit, [nam & vos citò emerſiſtis] & mihi rem familiarem auxit.* Der GOtt / der euch hat reich gemacht / der hat mich auch gesegnet. *Runckel. l. c. p. 233. Factum hoc dicunt in aula quadam Saxoniæ Principum primariâ.* Hinc ſatis prudenter ille mo-

rio

rio inter expeditiſſima locupletandi æ-rarium remedia referebat, rationes à Quæſtoribus expoſcere, dum Principem ſuum mœſtum conſpiciens causâ cognitâ, pecuniæ ſcil. inopiâ, dicebat: O iſt es daß/ ſo könnet ihr euch bald helffen/ laſſet nur eure Rentmeiſter/ Secretarios, Vögte und Bediente einmahl recht Rechnung thun/ was gilts/ es wird wieder Geld in die Rent-Kammer kommen. Politiſcher Schimpff und Ernſt. *p. 39.* Cùm enim aliàs vulgo dicatur Proverbiô; *Occaſio facit fures*, ita vix eſt, ut credamus, omnes, in tantô ſæpê numerô, Quæſtores & Redituum Præfectos integritate & fidelitate eſſe infallibili. Nam experientia abunde teſtatur quòd ii, qui in adminiſtratione ſunt, ſi ſentiant, dominum in tali negotiô negligentem, ſibi ſuisque benè conſulant, & rem ſuam familiarem meliorem, Domini contrà, & per conſequens etiam, ſubditorum, deteriorem reddant, ita, ut poſteà illi homines tenuiſſimæ quando-

que fortunæ & exiguò ſalariô inſtructi brevi tempore diteſcant, &c. licet ſplendidè vivant, magnas tamen opes corradant. De technis autem, artibus & colluſionibus iſtiusmodi iniquorum diſpenſatorum legi meretur *Runckelius l.c. p.325.ſeq.* Frequēs verò imprimis eſt modus, quem Idem magiſtrum aliquem, reditŭum cujusdam Comitis uſurpaſſe refert, qui, cùm Dominus Comes camerā ſuā aere alienô, quò per bellica tempora erat obruta, liberare cuperet, obligationes ſuo aere à creditorib9 Comitis redimebat pro centum pendendô triginta, à Comite autē repoſcendô pro illis triginta, octuaginta. Quando itaq; ex perluſtratis & examinatis rationib9 conſtat, adminiſtros rem ſuam per fas ac nefas, ut loquuntur, nimium quantum auxiſſe ut ingētes opes poſſideāt, exprimere eos inſtar ſpongiarum oportet, *inquit Schoockius l.c.* & tantum duntaxat relinquere, ex quó frugaliter & juxta conditionem familiæ, è quâ originem ducunt, vivere queant,

queant. Et per hanc ministrorum suorum lustrationem multum Princeps coget pecuniæ, & quidem artibus honestis. Repetit enim ab hominibus avaris, quod suum semper mansit, utilissimaq; ac sibi maximè proficuâ metamorphosi ita malos suos Oeconomos commutabit in bonos, ut annuatim non contemnendum quantum majores reditùs ab iis recipiat.

§. 17. *Reditus* ulteriùs, quos secundum genus bonorum patrimonialium fecimus, si spectes, præbentur ii de bonis subditorum Principi, quemadmodum aliis nobilibus inferiorum ordinum, & in specie *de villis & agris ipsorum, de molendinis, cauponis atque piscinis.* De quibus *suprà laudatus Generos. Dn. à* Seckendorff/ *l. c. p. 170. Edit. in 4.* potest videri. Et solvuntur vel *pecuniâ*, vel *fructibus*, vel *pecudibus*, vel aliis etiam rebus, an Gänsen / Hünern / Capaunen/ Lämmern/ Hammeln/Kühen/ it: Eyern/ Käsen/Honig/ Unschlit/Saltz/ Heringē/

 auch

auch wohl Gewürtz / Semmeln / ꝛc. in quorum originem *Vir iste Illustris* ibid. inquirit,

§. 19. Alicubi etiam de annuis fructibus DECIMÆ solvuntur, quæ in MAJORES, de frumentô, vinô, pecoribus, ac MINORES, de oleribus, frugibus, pomis, &c. dividuntur, *ibid. p. 171.* Cum quibus non erit injucundum *Romanorum* quondam decimandi rationem conferre *ap. Appianum Lib 1. Bell. Civil. Bulengerum. de Vectigal. Rom. c. 4. p. 18. Lipsium Lib. II de magnit. Urb. Rom. c. 1. & novissimé in peculiaribus suis Dissert. de Ærariô Romanô Ampliss. atq; Excellentiss. Dn. Franckensteinium, Prof. in Acad. Lips. celeberrimum, Præceptorem atq; Patronum meum æternùm colendum.*

§. 19. Cæterûm & illud hîc commodè præoccupare possumus, quod aliàs infrà fuisset addendum, hujusmodi *Ambtsassios*, ut hodiè vocantur, mit Geschoß / Land-Boeten / oder Jahr-Renten / propter alia ipsis incumbentia servitia,

&

& quò diligentiorem in agrô colendô navent operam, onerare, non videri consultum, sed potiùs ex re fore, si *vectigal* istud *migrationis*, oder An-und Abzug-Geld/ de quó aliàs in quibusdam pagis & oppidis commuuio loci accipit dimidium, locô tributi, quod cæteri, qui Schrifft-sassen dicuntur, pendunt, integrum Principi relinquere cogantur. Nisi ejus sint conditionis, ut divitias suâ sorte majores possideant, iisdemque insolenter ad malitiam abuti incipiant, quod rusticæ genti tali suarum rerum statu non admodùm infrequens, ut patet inter quamplurima, quæ possent allegari, exemplô der reichen Bauren zu Großlichtenau im grossen oder Marienburgischen Werder in Preussen/ de quibus narratur, quòd tanquam mentis præ nimiâ divitiarum confidentiâ & hanc subsecutì insolentiâ non ampliùs satis compotes Monachum quendam amplô aliquò saccó, quali lupulus aliàs indere solent, exceperint;

Fratrem Ordinis S. Jacobi vivum assarint; & sacerdotem paganum ad suem fecibus inebriatum lectoque impositum tanquam ad moribundum hominem accerserint &c. Caspar Schütz in der Preussischen Chronica *p. 180. seq.* alsdenn müssen ihnen die Schwing-Federn ein wenig berupfft/ und der Muth gebrochen werden. Semper tamen, ne excessu nimiùm peccetur, sed attendatur justa mediocritas, ut sæpiùs monuimus, cavendum est, ob rationes jam suprà §. 4. *h. c.* adductas.

§. 20. *Tertia* denique *pars* patrimonialium bonorum in *mobilibus*, ut *pecunia*, *animantibus*, *frugibus* &c. consistit, ceu diximus.

§. 21. *Pecuniam* quod attinet, lucrum exinde capiet Princeps, *vel* mercatoribus sub æquis *usuris* mutuò elocandô, *vel montes pietatis* eâ erigendô, *vel* aliô quopiam modô utiliter erogando.

§. 22. *Contra usuras* autem, tanquam iniquas & ê Rep. planè tollendas, gravis-

visſimè ſeſe oppoſuerunt omni tempore multi tum ex *Ethnicis*, tum ex *Christianæ Religioni addictis* Patribus & recentioribus Theologis, easque nec privato, nedum Principi aut Reip., concedendas ſtatuerunt. Ex *Ethnicis* quidem vel ſolum ſummum iſtum humanæ eruditionis ſophum, *Ariſtotelem*, nominaſſe ſufficiat, (*1. Polit. 6. & 7. & IV. Ethic. c.1.*) Inter *Christianos* verò eminent præ cæteris *Baſil. M. Gregor. Nyſſenus*, Hieronymus, *Auguſtinus*, *Chryſoſtomus*, *Bernhardus*, quorum loca qui cupit, *ap. Schoock. Exerc. 28. p.432. & Gerhardum T.VI. LL.CC. p.912. ſeq.* videat. Ex Pontificiis, *Thomas 2. 2dæ q.78. art.1. Greg. de Valentiâ*, T.III. *Diſp. in Thom. Sect. 5. q. 21. punct. 1. §. 2. Jus Canon 14. q. 4. c. ſi quis &c. & Clem. unicâ de Uſuris.* Ex Lutheranis ipſe *Lutherus, T.1. in Serm. de Uſuris fol. 180. ſeqq. Melanchton, Brentius, Urbanus Regius*, Hieron. *VVellerus*, Ex Reformatis *Muſculus, Andr. Hyperius, Martinus Borrhaus, Uſſerius Armachanus & quidam Pitæus in Tr. quem inſcripſit Spiritus uſuræ adjuratus.*

§.

§. 23. Verùm enimverò cùm omnes isti Doctores *à particulari ad universale* haud bonâ collectione Logica argumentati sint, nec distinxerint, ut debuissent, inter usuras (2) *lucratorias & compensarorias* [2] *immoderatas ac moderatas*, rectè secesserunt ab ipsis quàm plurimi alii Theologi, usuras, si æquum quantum non excedant, omninò tolerari posse statuentes, non minùs ac reditus seu interesse, ut vocant, quos ipsi illi dissentientes tamen concedunt; Ut adeò lis, si accuratiùs rem consideres, potiùs videatur esse de nomine, quàm de re ipsâ, cumque in verbis debeamus esse faciles, mihi perinde sit, sive *usuras* sive *interesse* quis vocet, quod pro pecunia alteri in ipsius commodum mutuò datâ accipio, modò istud concedat.

§. 24. Ob sequentes itaque, quas brevissimè in medium allaturi sumus, rationes, aliasque, defendunt moderatas usuras præter cæteros quam plurimos, Ex LUTHERANIS *Chytræus*, *Heer-*

Heerbrandus, Schnepfius, Bidenbach, Hunnius, Gesnerus, Hoë, Backmeisterus, Gerhardus, omnes citati *Meisnerô, p.435.* quibus *Schoock. l. c.* addit *Tarnovium, Jacobum Andreæ, Balduinum, Brochmannum;* hos omnes si evolveris, innumerum ferè consentientium numerum invenies; *EX REFORMATIS Calvinus, Oecolampadius, Bucerus, Bulengerus, Viretuss, Zanchius,, Danæus, Tossanus, Junius, Keckermannus, Zepperus, Rivetus, Amesius, VVollebius,* (enumerati â *Cloppenburgiô in Vestibulô Instit. Theol. de fœnore & usuris,*) *Schoockius p. 434. &c.* [I] *ob compensationem,* quam ipsum *jus Naturale* requirit atque *divinum,* dum præcipit, ut, quod quisque velit sibi fieri, alteri quoque fecerit, *Matth.7. 12. & Luc:6.* Quæ ergo iniquitas, partem lucri flagitare, quod alter ex meâ pecuniâ percepit? [II] *ob gratitudinem,* Naturaliter enim obligatur ad beneficium agnoscendum & ἀντίδωρον aliquod reddendum, qui illud accepit [III] *ob charitatis regulam* ab

Apostolo 2. Cor. 8. nobis relictam, quæ aliis ita beneficiendum esse tradit, non ut ipsis sit relaxatio, nobis verò afflictio, sed ut sit æqualitas; item charitatem debere incipere à se ipsâ. Si autem *gratis* alteri quis omnem suam elocaret pecuniam, ille quidem dives, hic autem pauperior redderetur indubiè, adeoque illi fieret relaxatio, huic autem adflictio, quod improbat Sanctissimus Paulus. Hæ rationes mihi ita videntur sufficere, ut superfluum ducam plures proferre, qui tamen eas cupit, videre poterit imprimis *ap. Gerhardum LL. Theol.* Quæ porro dissentientes *objiciunt*, pleraque jam datis §. præced. Distinctionibus poterunt dissolvi. Quòd verò dicunt *mutuum naturâ debere esse gratuitum*, verum id quidem est, sed dum inde colligunt, ergo non posse ex ipsô percipi usuras, *pacta adjecta cum ipsô contractu* confundunt, *nec* enim in istis pactis æstimatur *res ipsa*, quæ mutuô data est, *sed commodum* tantùm atque incommodum

inde

inde proveniens, quod *morâ* ſolventium infligitur, ut inquit *l. cùm quidem, ff. de Uſuris*. Nec ſequitur; quod *Ariſtoteli* viſum eſt l.c. *pecunia eſt res ſterilis* E. non poteſt inde percipi uſura; Cùm falſum ſit antecedens, ſicuti expreſsè id negant JCti *l. quid ergo ff. de contr. tut, l, debitor ff. de Uſuris* ſiquidem *per accidens* pecunia æquê fructuoſa eſſe poteſt ac domus, quas, ut & res plures aliàs naturâ infœcundas, humana induſtria fertiliſſimas effecit. Vid. etiam *Grotius de Jure B. & P. Lib. II. c. 12. §. 21.* Et hæc de Uſuris earumque juſtitiá hìc obiter monuiſſe ſufficiant. *De Montib. pietatis* in ſpecie dicemus infrà ſuô locô.

§. 25. *Pecoribus* variique generis *animantib.* ulteriùs opes ſuas Princeps augebit, ſi proſpiciat, ut in villis ſuis non eorum tantùm, quæ ad præbendum victum præſtant, ut *boum, ovium &c.* ſit copia, *ſed & aliorum*, quæ *ſive* ad rei familiaris, *ſive* alius, curationem adjumentum aliquod poſſint præbere. Hinc

ſuadent nonnulli, ob eximium eorum in ferendis oneribus uſum, CAMELORUM quoque educationi in noſtris Germaniæ regionibus dandam eſſe operam. Reperiuntur, enim non ſolùm in *Bactrianâ* regione & *Arabiá*, ſed etiam in *novô Orbe*; ſola Europa tàm utili caret quadrupede, licet non longè ab eâ proveniat. Certè enim in *Jonia* ad urbem Clazomeniam uberrimi inveniuntur. *Aldrov. de Quadrup. biſulcis Lib. I. p. 893. c. 34.* In *Africâ* audaciores eſſe, ſcribit *Guilielmus Sandeſius ibid. p. 898.* omnibus, qui ſunt in quibusvis aliis regionibus, nec tantúm ingentia ferre onera, ſed moleſtias *itineris non intermisſi 50. diebus totis* haud ægrè ſuſtinere, noctuque in paſcua jejuna dimitti, ubi carduis, virgultorum ſummitatibus aut exili gramine veſcantur, nec verò minùs ſitis patientes eſſe, cùm *ſine ullô potu 15. dies totos* pergere haud difficulter valeant, ſi id neceſſitas requirat. *Arabes* eos inter præcipuas divitias reputant,

nec

nec alicujus opulentiam majoris æstimant, quàm per tot vel tot Camelorum millia. *Sexcenta pondo* communiter gestare dicuntur, licet, si necessitas requirat, *mille* ferre possint. Dum onerãtur aut oñere levantur, in ventrem procumbunt, &, ut sentiunt, se æquale virib. suis onus habere, exsurgunt nec plus recipiunt. Vide pluribus *Aristot.* *Ælianum*, & præcipuè *Aldrovandum l. c.* De EQUIS educandis & curandis, quibus præprimis curam adhibere erit è re Principis ob necessitatem & utilitatem eorum nemini non notam, videri possunt *Castellan. de Officiò Regis Lib. 2. c. 38. seq. Lips. 3. ad Belg. Epist. 65.* Lehneisen/ *de Cavalleria*, Bericht/ wie die Pferde zum Ernst und Ritterl. Kurtzweil geschickt zu machen/ *Frider. Grisonis*, durch Joh. Fegser von Arnstein ediret, wie man die jungen Füllen rittig und zaumrecht machet/ Joh. Geisserts Ritterl. und Adeliches Kunst-Buch/ Marx Fuggers Beschreibung von Art und Natur der Pferden/

den/ *M. Alberi* von Costnitz/ von der Gestutterey *anno 1612. in 4.* ubi etiam von Bestallung eines Fürsten-Stalls/ *Hippiatria, seu de Equorum curâ, educatione & sanatione, Francof. 1682 in 4.*. von Wind- und Wasser-Hunden *Vid. Jac. Fovilloux* Jägerbuch/ *& Anonymus de Canum curâ, Lutet: 1612. in 4.* De CUNICULIS, quorum solorum alendorum exercitiô multas familias *in Angliâ* vitam sustentare scribit *Aldrovandus de Quadrup. digit: viviper. Lib. II. c. 24. p. 389.* vid. præter ipsum *etiam Ælianus & Jacob. Nicolai. Lib. 3. Miscell. c. 22.* ubi plura de ipsorum usu in villis rusticis cognosces, ut ita, quamvis non adeô magnum, aliquod tamen, commodum ex iis in Villis suis Princeps percipere queat. De AVIBUS in genere agunt *Ælianus, Oppianus, Aldrovandus, Gesnerus*, alii. De FALCONIBUS in specie tractat *Carolus d' Arcusia in sua Falconeriâ*, wie man mit Falcken und andern Wald-Vögeln beitzen soll. *Francof. 1617. in 4.* Et horum quidem ob usum in

in venationibus adeò nobilis eſt cura, ut ipſorum Præfectos ex præcipuis Nobilibus, Baronibus atque Comitibus à magnis Principibus conſtitutos videas. De APIBUS, quorum cura *in Polonia & Lithuania* admodùm frequens eſt in ſylvis *ad mulſum* conficiendum & quæſtum *ex melle atque cera* adquirendum, (*Fauſt. Conſ. 22. ord. 1107.*) conſuli poſſunt à Villarum & rerum Oeconomicarum præfectis *M. Andreæ Petri* Tr. von den Immen/ it. von Honig und Wachs/ Tubingen *anno 1592. in 8.* Unterricht von Wartung der Bienen / Görlitz/ 1602. *in 8. M. Caſpar* Höfflers Bienen-Kunſt *in 4. an. 1614. Georgii Pictorii Tr. de Apibus, cera, melle, & quæ ex his conficiuntur, in 8. & Sebizius in l. c.*

§. 26. De BOMBYCUM uſu inſigni, vid. hujus & ſimilium rerum ad locupletandum regiones & Principes utilium peritiſſimi & ob quàm plurima in variô ſcientiarum ac doctrinarum genere hactenus edita ſcripta celeberrimi

mi *Dn. D.* Bechers *S, Cæs. Maj. Commerciorum Consiliarii Disc. Politicus* von Auff- und Abnehmen der Städte und Länder/ *Francof. editus*, in quo non pauca mercatorum videtur detexisse arcana, *c. 6. n. 1. p. 40.* Multos equidem novi, impossibilitatem educandi bombyces in Germania, prætextum desidiæ atque pigritiæ suæ causantes, ast eò ipsò sive *malitiam*, sive *imperitiam*, sive *pigritiam* suam ostendunt clarissimè. Denn wo die Seidenwürme hingebracht werden *inqui Garzon Piazza univers. Disc. 149. p. 1053.* a allda vermehren sie sich auch/ wenn es schon in kalten Landen ist/ wenn man ihrer nur gebührlich wartet/ wenn es aber an Wartung mangelt/ so vergehen sie gantz und gar/ und thut die Wärme oder andere Qualität einer Herrschafft nichts darzu/ wie sonst an anderen dergleichen Thieren. Atque hæc ita se omnino habere, felicissimô successu ac multorum millium annuô reditu expertus est *Rex Galliæ*, qui peculiarem libellum pro infor-

informatione ſuorum ſubditorum in Gallicà Linguâ conſcribi curavit, qui poſtea ex Gallicô translatus & editus eſt *Tubingæ, anno 1604. in 4.* Nec contemnendum commodum jamjam *in ipsà Germaniá* ex iſtis percipiunt *Moguntinus ac VVürtenbergicus* Principes in ſuis ditionibus. Quin & *in Miſniá* nonnullos privatos haud exiguum inde lucrum ſibi paraſſe novi. Prudens itaque quàm proficuum adjumentum ad parandum opes præbeant bombyces, quamque non impoſſibile ſit iſtud comparare, hinc facilè perſpiciet. *De modô* autem *curandi ac educandi* bombyces ſcripſerunt præter *Becherum l. c.* etiam *Sebizius Glockius Aldrovandus, atque Garzon,* cujus verba in Germ. Linguam translata in Oeconomorum induſtriorum atque ſolertium gratiam *ex Diſc. cit. 149.* in fine noſtri Tract. adſcribere non pigebit.

§. 27. Ex FRUMENTIS tandem capietur lucrum, ſi Princeps congerere ac reſervare ea curet in HORREIS atque

GRA-

GRANARIIS in futurum sæpè inopinatæ necessitatis casum, ut postea tolerabili subditis pretiô, cùm iis indigent, vendere queat, juxta *consilium Josephi* datum Pharaoni, Regi Ægypti. *Vid. Lather. Lib.3. c. 7. & Besold. de Aer. c. 2. n. 6. p.59.* Quod ut Principes observent, tum *necessitas* compellere, tum *utilitas* ipsos commovere deberet. *Ex inopià siquidem & fame* [*quæ homines in belluas mutat*]*pro ditio & fluxa servitiorū fides*, inquit, *Tacitus IV. Histor.* Quid enim periculosius famelicô populó quem non arma, non magistratus, non jura divina aut humana, non leges, non pudor aliquis, coërcere valet? Quam fidem Principib. suis subditi servare possunt, quorum filii fame pereunt? inquit, *Patritius de Institut. Reipubl. Lib. 3. Tit. 10. p. m. 145.* Accedit, quòd famem tantùm non semper pestis sequatur, quæ aliquot millia subditorum abripiendô non levem Principi & ipsius Ærario cladem inferre apta est. Hinc *apud Romanos Annonæ*

erant

erant creati *Præfecti.* Hinc *Venetus Senatus* vix alii rei majorem curam impendit, quàm huic. *Vid. Contaren. Lib. III. de Rep. Venet. f.25.* Hinc in *Noricorum granariô* 300. annorum accervos ſe vidiſſe teſtatur *Hermannus Kirchnerus Diſp. de Rep. XXI. th. tit.* 6. De *Commodô* autem inde percipiendô adfirmat *Beſoldus*, loc. cit. ſe expertum eſſe, cùm an. 1614. paſſim in *Sveviâ* annona defeeiſſet, magnò aere alienô ſubditos innodatos, pecuniamque ingentem vicinis locis invectam fuiſſe, ubi, ſi magnates annonam in promtu habuiſſent, favorabili maximè lucrò ſeſe ditare potuiſſent. Et id propter tanquam longè *πολιτικώτατον* Reip. imitandum proponit *Molinæus* honeſtiſſimum exemplum inclytæ Civitatis, *Argentinæ*, Politicarum! artium gloriâ præcellentis, quæ non ſolùm absque monopoliis & omni ſordidô quæſtu proſperetur, (ut loquitur) ſed etiam propriis pecuniis neceſſitatibus civium & vicinorum ſubveniat, grandem

dem annonam in ubertate comparandô & imminente cariſtiâ mediocri pretiô vendendô, *p. 534.* Cum quô conſentiunt etiam *Zeilerus*, qui inter celeberrima granaria illud ipſum Argentoratenſe ac Noribergenſe refert Teutſchl. Reiſeb. *p. 217. & 218. & Laur. Surius in Comm. rer. in orbe geſtar. p. 22.* Nec peccare hic magiſtratus, quin potiùs bonum opus præſtare, etiam, ſi frumenta, quando alii emtores deſunt, ipſi à ſubditis coëmant & in neceſſitatis caſum ipſorum commodo reſervent, docet *Molina Diſp. 345. col. 390.* Et legi hîc omnino merentur, quæ de *perpetuô Granariô* erigendô & conficiendô prudentiſſimè conſulit *laudatus Dn. D.* Becher / *c. 27. De horreis*, quomodo olim commodè fuerint condita, ut ne frumenta putreſcerent, *Vid. Buleng. Tr. de Vectigal. c. 8. 9. Lucius Columella* teſtis eſt, in ſcrobibus paleis optimè munitis ad ſeptimum usque annum frumentum illæſum ab omni carie ſervari. Sed melio-

ra

ra conſervandi frumentum media hodie hominum ſolertiâ inventa Oeconomis prudentibus ſunt nota. Quòd ſi autem *putredo*, vel *corruptio per vermes* evitari non poſſit, nec aliter frumenta in civium uſum à magiſtratibus ſervata diſtrahi queant, tùm cogere etiam licet eos, ut illa inter ſe dividant, preciumque pro ratâ exſolvant. Ne ſcil. Diligentia magiſtratui aut Reip. fiat diſpendio, nec damnum impediat ulterius ipſis ferendum auxilium.

§. 28. Cæterùm, cùm tria ſæpè reperiantur bonorum in Principis poſſesſione genera, quorum *primum* eſt *privatorum bonorum*, quæ vel habet quæſita ſibi nomine proprió vel relicta à majoribus alió, quàm principatus, nomine; *ſecundum* eorum, quæ annexa & incorporata (ut hodiè loquuntur) ſunt Principatui & *dos Reip.* vocantur ſeu *Domanium* (Veteres Græci τεμένη vocabant partem illam agri publici Regibus conceſſam, *Grot. in annot. ad Lib. II. de J. B. & P.*

c. VI.

c. VI. §. 11.] hodiè etiam vocantur quæ Princeps, & quatenus ille corporis iſtiu moralis, civitatis, caput repræſentat, percipit; tertium eorum, quæ vocantur *regalia Coronæ bona*. De primô quidem genere diximus hactenus. Illud tantùm reſtat monendum, alterius quoque generis bona interdum *patrimonialia* vocari, verùm non tàm *Principis*, ut ea, quæ prioris generis, ſed *Principatus reſpectu*, & conſiſtunt in agris fundis, nemoribus aliisque poſſeſſionibus, (unde adminiſtratio horum cum prioribus ferè eadem) quas priſci LL. latores Rerumque publicarum fundatores quaſi Reip. quandam dotem & patrimonium, quod deferat ſuo ſponſo, Principi, conſtituerunt, ad ſuſtinendum ſcil. dignitatem principalem; & vel ad certum tempus vel in perpetuum civibus locandas mercede deſtinarunt. *Vid. Beſold. c. 1. p. 13. & conf. t. t. ff. ſi ager vectigal. t. t. C. de locat. prædior. civit. & fiſcal.* Et de hôc quidem domanio (quamvis ex ſuâ natu-

natura alienationi non repugnare statuamus cum *Cl. Dn. Nicol. Martini in Schediasm. suô contra Auberium c. 6. §. 3. p. 93. seqq.*] nihil unquam *propria auctoritate* Principi alienare licet. *Vid. Roder. á Valle. Consil. 1. n. 100. Sixtin. de Regal. Vol. I. c. 6. n. 86. Clapmar. de Arcanis Reip. c. 12. Choppinus de Domaniò Franc. Lib 2. c. 1. Heigius P. I. c. 19.* [Nisi Princeps plenò proprietatis & dominii jure suum Principatum possideat, aut, ut alii loquuntur, in patrimoniò habeat. *Nicol. Martini d. l. §. 4. p. 99.*] Nec in alienata cadit *præscriptio*, ne quidem *immemorialis*. Estque non tantum fas Principib. (ob Legem scil. Reip. fundamentalem) sed etiam plerunque obligati sunt juramentò, rescindere hujusmodi bonorum alienatorum contractûs. Quod *Bodinus Lib. 6. c. 2.* exemplis *Hispanorum, Gallorum, Anglorum, Hungarorum, Polonorum &c.* ostendit, cum quò *conf. Tholos. c. 8. de Conserv. Aer. f. 123. n. 2. 6. 7.* Unde vix est, ut dubitemus adserere, Gentium

tium Jure receptum esse, ne bona Reip. absque populi consensu solius auctoritate Principis alienari possint aut, si alienata fuerint, præscribi. Et rectè proinde scribere videtur *Hotomannus Francogalliæ c. 9.* Domanium hoc regium esse *quasi dotem regni*, seu quasi quend. *usumfructum* certarum possessionum Regi ad tuendum dignitatis suæ splendorem attributum. *Quasi usumfructum* autem vocat *propterea*, quòd earum possessionum proprietas penes populum manet, neque ulla ejus pars, ceu dictum, abalienari à rege potest, *sine populô auctore*, i. e. sine Ordinum & publici consilii consensu. Ex quibus cognoscitur, quæ inter *propriè dictum patrimonium*, de quô jam egimus, & *domanium* intersit differentia. *Illud* enim ipsius Regis proprium est, *hoc* verò regni, atque, ut vulgus loquitur, ipsius coronæ. *Illud* plenô jure regis est, atq; ideò rex plenam & summam quoque ipsius pro voluntate alienandi potestatem habet, *hujus*

pro-

proprietas penes universitatem populi seu Remp. ususfructus autem penes regẽ, eoque usufructu potest augeri Principis patrimonium proprium, ceu suprà §. 1. diximus, ferè sicut in Jure Civili est proditum, hereditatis, quæ restitui jussa est, fructus non restitui, quia non hereditati accepti feruntur, sed rei, *vid. Grot. Lib. 1. c. 3. §. 12. p. 59.* Ac planè verissima est Dd. de hâc re sententia, *par idemque esse Jus Regis in suum domanium, quod est viri in dotem suæ uxoris.* A sequentibus *Regalibus* autem in eô *differt*, quòd domanium *ferè* ad Principalis aut Regalis dignitatis splendorem ac magnificentiam sit constitutum, *hæc* verò quasi in domanii subsidium ad expeditiones & actiones quasvis Reip. necessarias & utiles inducta.

CAP. II.

De

REGALIBUS, & I. DE FEUDIS,

Ubi de Vaſallorum Fidelitate ac ſervitiis, de Feudi immutatione, recurſu, amortiſatione, & denique de laudemio.

§. I.

INter *Regalia* primò locò conſideramus FEUDA, de quorum variis diviſionibus & Juribus Dd. Feudiſtæ, quorum ſat magnus paſſim numerus occurrit, poſſunt adiri, quibus etiam pleniorem doctrinam de iis hic meritò relinquimus, ſoliciti quippe tantùm de commodis, quæ inde obvenire poſſint Principi. (Quâ ratione verò & quatenus Feuda Regalibus annumerari queant, perſpicuè explicat *Vir omni laude major, Generoſiſſ. Dn. à* Seckendorff/*P. III.* des Teutſchen Fürſten-St. *Regali IV.* §. 1.)

§. 2. Et *olim* quidem magna Impp. ac Principum potentia atque utilitas in *Vaſallorum* conſiſtebat *multitudine*, *Be-*

fold.

ſold. c. 1. §. 3. p. 7. Quemadmodum *in Turciâ* Imp. ex ſolis *Timariis* homines ad 300000. obſtrictos ſibi atque obligatos ad, quocunque velit, ſequendum habere dicitur, ut, quoties ipſi libuerit, & quò terrarum eos ire juſſerit, in bellum propriis impenſis proficiſcantur. *Lazar. Soranzi in Ottom. c. 47.* Utut verò ea utilitas hodiè apud nos, cùm voluntariô magis ac conductiô milite utamur, & Vaſallorum ſervitia variis limitationibus reſtringantur, aliquantùm deminuta videri poſſit, nihilominus tamen hodiénum *quintuplex* præcipuè ratio eſt commodorum Principi ex Feudis provenientium.

§. 3. *Primum* etenim commodum conſiſtit in Vaſallorum, quæ dominis feudorum debent, *fidelitate atque ſervitiis*, dum adjuvare dominum, eique fide adeſſe perpetuâ, tenetur vaſallus, ſi in gravi diſcrimine verſetur, idque vaſallus compertum habeat *Lib. II. Feud. tit. 26. §. licet & Tit. 37. in fin.* præcipuè verò *in acie*, ubi periclitantem dominum

 usque

usque eò comitari tenetur, dum mortuus sit, aut lethaliter vulneratus *Lib. 1. Tit. 5.* & quidē suis sumtibus dominum sequi postulatus obstringitur. Hinc in nostra *Germaniá* passim die Ritter-Pferde constituti sunt, ubi quilibet vasallus pro qualitate sui Feudi unum, duo, tres equites in bellum domino mittere auxilio necesse habet, quod servitium vocatur der Roß- und Ritter-Dienst / Vid. *VVehner. verb.* Ritter-Dienst / *& Lud. Hugo de Stat. Region. German. cap. 4. §. 22. & 23.* Porrò *ob reverentiam* erga suum dominum vasallus quoque ipsum *nec accusare, nec testimonio lædere, nec ad calumniæ juramentum præstandum adigere* debet. *Lib. 2. tit. 33. §. in quibus. Vid. Gail. II. Observ. 127. n. 9. Knichen. autocr. c. 1. n. 164. & Feudistæ communiter.*

§. 4. *Alterum* interdum *in Feudi immutatione*, wenn das Lehn zu Erbe oder zu Weiber und Kunckel-Lehn gemacht wird. Prudenter equidem Veteres Romani constituerunt, ut fœminæ à muniis publicis exclusæ sint *juxta L. 2. ff. de R. J.*

Id-

Idque imprimis observandum videtur in Feudis, quæ tanquam virilia, ob servitia atque obsequia ipsis annexa, in imbecilles fœminas non cadunt, *tum* propter corporis infirmitatem, *tum* quòd cœtibus virorum eas interesse dedeceat *l. in multis, ff. de Stat. hom. l. 1. ff. de postulandô.* Quomodo enim e. g. inter pares ejusdem curiæ judicabit fœmina (quod aliàs vasalli partium est, *Lib. 1. Tit. 8.*] cùm arceatur à judicandi munere *d. l. 2. ff. de R. J. l. 12. ff. de Judic. l. ult. C. de arbitr.* Quis adstringere ausit mulierem ad juramentum celandi arcana domini, cujus sexùs frequens levitas etiam ex jure nota est? *c. 10. X. de V. S. l. 1. ff. ad SC. Vellej. coll. cum Lib. II. Feud. tit. 6.* Et qui decor, defendere fœminam viros, cúm virorum, tanquam naturâ firmiorum, potiùs sit fœminas tueri? Nec unum alterumve, quod ex Historiis in contrarium adferri posse novimus, exemplum vim regulæ infringit. De iis enim, quæ ut plurimum fiunt, non quæ raró accidunt, L L. feruntur,

l.3.4.5.6 ff.de LL. Quod ſi itaq; *extra ordinem* (quod tamen hodiê domini, credo non absque ſuo damnò, nimis frequenter fieri patiuntur) contingat, ut fœmina ad ſucceſſionem Feudi admittatur, *dum quædam*, ut arbitrium inter pares & admiſſio ſeu vocatio in conſilium, *remittuntur, quædam immutantur*, ut ſervitia non per fœminam ipſam, ſed per ſubſtitutum alium quendam virum præſtentur; ſicque feudum maſculinum in fœmininū convertatur; Nonniſi certis conditionibꝰ opimoſc. ſolutò Laudemiô & ſucceſſione ad certum tantùm deſcendentium gradū reſtrictâ id concedendum eſt, Minùs namq; utile Principi eſſe poteſt, fœminas communiter & regulariter ad ſucceſſionem, non exſtantibus maſculis, admittere, prout ſingulari privilegiô ipſis in *Ducatu Megapolitanò* indultum eſſe tradit *Thoming. Vol. 1. Conſ. IV.*

§. 5. Unde *tertium* quoque emolumentum ad Principem redundat, *ex Feudi* ſcil. *recurſu*. Qui ut facilior reddatur, Principes cautiores etiam in feudis maſculinis ſibi ſolent proſpicere certis pactis, ut tantùm ad certum gradum, puta ſeptimum vel octavum, in eadem familia ſucceſſio duret. Quod conſilium, quippe ſatis proficuum, præcipuè in emtitiis feudis locum invenit. Approbat idem quoque *Jus Saxonicum*, quod vult ſucceſſionem in Feudis fieri nicht Krafft der Sipp. ſondern des Gedinges/ Lehnr. *c.21. c.32. c.53. & Gloſſa ib.* §. ſtirbt ein Herr/ ꝛc. In quibus caſibus etiam propter delicta Vaſalli feudum ad dominum recurrat, vide tum *Feudiſtas*, tum præcipuè Illuſtr. Dn. Seckendorff/ *P. III. c.3. Reg. 4.* §. 4.

§. 6. *Quartum in amortiſatione* ſeu *caducitatis redemtione*, quando etiam *civitatibus vel Eccleſiæ* conceditur, feuda ſibi comparare, modò caducitatem (quia civitates & Eccleſiæ non moriuntur.

 l.76

l. 76. ff. de Judic. Confer de sensu hujus adsertionis Grotium de J. B. & P. Lib. II. c. 9. n. 3. p. m. 186.) summâ pecuniæ à dominô redimant, daß sie vor die Lehns-Fälligkeit eine stattliche Summa Geldes geben/ quæ aliquando *tertia pars* integræ æstimationis totius Feudi. *vid. Tholos. III de Reg. c. 3. n. 16. Bornit. de Ær. Lib. 2. c. 7. Faust. Class. 10. cons. 13. ord. 778.*

§. 7. *Quintum* in *Laudemiô*, quod est summa extra pretium Feudi Principi pro concessione solvenda, dicitur etiam *relevamentum* & Gr. ἀνανέωσις die Verneuerung/ quia scilic. tunc solvi solet, quando feudum transfertur à personâ in personam aliam vel per successionem, vel per alienationem permissam. Tota autem feré materia hæc *à consuetudine* dependet, & ab eâ extenditur, qualificatur, limitatur. *Glossa Lib. II. c. 42. n. 4.* Sic enim *Jure communi* solvitur tantùm in *mutatione Vasalli*, non etiam in *renovatione feudi antiqui in filiis*, quia tunc non est nova adquisitio, sed dominii conti-

nua-

nuatio, *consuetudine* verò alicubi posteriori quoque in casu. Adeoque hujus facti ratio non alia plerumque dici potest, quàm statuentium voluntas & usus receptus. Ita tamen semper in laudemiis *interpretatio* facienda est, *ne de casu ad casum, nec de personâ ad personam, neq; de locô ad locum &c. fiat extensio*, cùm sit odiosa res & strictissimi juris laudemium. *Molin. Consuet. Paris. Tit. 1. §. 23. n. 3. Surdus Decis. 350.* Et in *Normandiâ* quidē Feuda *Comitatûs* relevantur pretiô 500. librarum, *Baroniæ 190. VVehner. Obs. Pract.* Handlohn / Lehnwahr / Moribus *Saxoniæ, Thuringiæ & Franconiæ* plerumque laudemium est 20. *pars* pretii, seu 5. de 10. solvi solent. *Faust. P. 4. Cons. 127. ord. 278. Adde Coler. Decis. 33. n. 3. Jure communi* statuitur *quinquagesima, l. fin. C. de Jur. Emphyt. ubi Dd.* In *Episcopatu Veronensi & Rep. Veneta decima, alicubi octava aut sexta Gl. Lib. II. c. 42. n. 7.* Alicubi etiam usu obtinet, daß man nur auß der Cantzley die Lehn-Briefe lösen mus / und nicht dem Herrn / sondern der Cantzeley
 etliche

etliche Fl. giebt/ welches man auch pfleget Laudemium oder Lehnwahre zu nennen.

§. 8. *Moribus Parisiorum* & vicinarum Provinciarum jus illud relevationis sic æstimatur, ut vasallus domino offerat unum ex his tribus, vel certam quantitatem pecuniæ, vel quod boni viri arbitrabuntur, vel reditum unius anni, & electio sit domini. Sed reditus trium annorum æstimantur, ut congerantur in unam summam, & tertia pars domino præstetur. Singulare jus est *in Provinciâ Uxellodonensi*, ut in primò gradu transversorum nullum jus redemtionis debeatur, sed in ulterioribus duntaxat, *Tit. de Feudis, in Morib. Biturig. art. II. Ant. Cont. Meth. de Feudis c. 8. p. m. 151.*

§. 9. Poterit autem præterea Princeps pro qualitate Feudi, si illud per caducitatem ad ipsum revolutum sit, idque denuò alteri cuidam sub fide concedere velit, *majorem summam* eâ, quæ anteà obtinuit, justè ac legitimè constituere.

tuere. *Qualitatem* autem *Feudorum*, quæ aliàs sæpè ignotissima Principibus, ut commodiùs & accuratiùs cognoscat, accurati eorum Indices habendi sunt, aut ubi desunt, denuò conflituendũ, ut omnes ac singuli Vasalli omnium suòrum locorum Feudalium usumfructum & quodcunque ex illis proveniens commodum, sub periculò amissionis Feudi, etiam minutissimis non prætermissis, specialissimè indicent coram Feudorum judiciô. Quale mandatum ante non multos annos Princeps quidam Rom. Imperii ad Vasallos suos edidit, quod *ab Hofmannô in Lycurgô p. 55.* annotatum, cùm dignum sit, quod â Principe legatur, in fine adscribere meritò placuit.

CAP. III.

DE

VECTIGALIBUS,

Vbi

Ubi IN GENERE de definitione nominali & reali, ipsarum distinctionib9, origine, justitiâ; IN SPECIE de Pedagiis, Guidagiis, it. de vectigalibus pro mercibus importandis, Germ. Zöllen/ & quomodo Prudentia Politica hîc sese debeat exserere in discrimine illarum merciū considerando juxta certas traditas regulas; necnon de vectigalibus pro mercibus minutim & per partes in Republ. distractis, Germ. Accisen. §. 1-

§. I.

ALterum ex Regalibus emolumentum Principi præstant VECTIGALIA *Klock. de Vectigal. th. 8. & 25. Buleng. c. 54.* Rosenthal *c. 5. concl. 44. Maul. de homagiô c. 10. n. 9.* dicta à *Vecturâ*, quia, *ut loquitur Bodinus*, antiquissimum usitatissimumque augendi ærarium genus est, rebus, quæ *evehuntur* aut *invehuntur*, imponere vectigal.

§. 2. Sumitur autem vocabulum *vectigalis* aliquando *latiùs*, pro quovis emolumentô, quod expedit ærario, ut etiam comprehendat *Tributum*. *Vid. præter Dd. passim Gœdd. ad l. 49. n. 7. & l. 13. de V. S.* Nos verò hic *in strictiori* acceptione usurpamus, ut à Tributo distinguitur, scil. pro reditu Principis ob securum terræ marisque usum mercium vecturæ, vel nudo transitui, impositô. Unde vectigalia alia *terrestria*, alia *aquatica*, seu, ut alii vocant, *navalia*; illa vel *pedagia*, quæ pedites & equites solvunt, vel *vectoria*, quæ à curribus & rhedis

dis numerantur; hæc verò vel *marina* vel *Fluviatica*.

§, 3. *Originem* ea ſumſiſſe mox cum ipſis Rebusp, multorum non improbabilis eſt ſententia. Quoad vectigalia Imperii, eam egregiè deſcripſit Imp. Sigismundus *in Capit. Franc. Lib.3. c. 84. ap. Fauſt. ord. 74.* Ihr ſollet hören/ inquiens, wie die Zölle des erſten angeſchlagen wurden von einem Käiſer. Es waren wilde Gebürge/ da man Straſſe über haben muſte/ desgleichen auch über Waſſer/ da ward angeſehen/ daß es billich von gemeiner Hand gemacht würde/ und ward auffgeſetzt ein leichter Zoll in der Maaß/ daß niemand keinen Zwang noch Drang darzu haben ſolte/ und bat man umb die Hülffe. Ihn beſeckelt niemand/ denn daß er verbauet würde. Wenn/ wer Zoll anderſt wohin thut/ denn er von Recht hin gehöret/ der neuſſet Wucher. Wer diß 3. mahl bricht/ der Zoll ſoll dem Reiche ledig ſeyn. *Goldaſt.* in Reichs-Satzungen *II. part. 19. & p.27.* Ex quibus

bus constat, *quâ de causâ & quô fine* instituta sint vectigalia, nimirum, ut domini territoriorum eò meliùs peregrinantes ab injuriâ latronum & grassatorum defendere, viasque publicas commodiùs struere possent.

§. 4. Satis etiam, si hæc attendantur, de ipsâ vectigalium *justitiâ* constare existimo. Verùm cùm Politicæ quoque *Prudentiæ* ductu in imponendis ex æquitate & utilitate publicâ vectigalibus sit opus, *rerum, personarum, loci ac temporis* probè considerandæ sunt circumstantiæ.

§. 5. Et *Pedagia* quidem (*c. innovamus*, X. *de Censibus*, & *c. quamquam, de Censib in 6to*) atque *vectoria*, quatenus *pro solo transitu* præstantur, quod concernit, res expeditior est. Saltem enim ea statuatur imponendorum quantitas, ut intra certum temporis spatium sumtus *in pontes & vias*, ubi transeundum, expensi per ista vectigalia redeant. Cùm tamen alicubi *semper* circa vias & pontes ex-

expensas facere necesse sit, etiam vectigalium hujusmodi continuatio perpetuò durat. Quorum illud speciali nomine vocari solet *Pontaticum*, der Brücken-Zoll/ *Gall. Pontage*, hoc verò in specie *Pedagium* Weggeld/Gall. *Barragium*. Aliquando etiam, ut ex *§.3.* jam constat, hujusmodi vectigal *pro solô transitu* exigitur ob præstandum salvum conductum, & dicitur *Gvidagium*, Germ. das Geleite. Quemadmodum olim apud Romanos *Irenarchæ* constituti erant, qui cum militibus stationariis securitatem præstabant, inquirentes in viatores, qui & quales essent, & unde & quò proficiscerentur. (Sie waren stetige Geleits-Leute der Reisenden) *Marcianus l. 6. ff. de custodiâ & exhib. reor. coll. cum l. 18. §. 6. ff. de muner. & honor.* Sunt equidē qui tanquā injusta improbant vectigalia pro solò transitu solvenda, seqq. potissimùm rationibus moti, (1) quia jus Gentium liberrimum viarum publicarum usum concessit

ſit, (2) Jus Canon, & Saxon, iſta vectigalia prohibent, (3) iter per vias publicas meræ facultatis eſt, & conſequẽter libertas ejus impræſcriptibilis, *l. 2. ff. de Viâ publ.* Sed cùm contrà æquitas horum vectigalium pendeat *ex poteſtate Domini in ſalute publicâ & factis expenſis recuperandis fundatâ*, diſtinguendum eſt inter id, quod fieri poteſt *regulariter, ſemper ac ordinariè*, & inter id, quod *per accidens, extraordinariè & certis tantummodò caſibus*, puta, quo ad hæc vectigalia, ut dictum eſt, vel propter viarum reparationem, vel ſecuritatis præſtationem. Nam naturale eſt maximè, ad eum cujusque rei pertinere incommodum, ad quem ejus ſpectat commodum.

§. 6. *Majus* autem mercibus ſeu terrâ, ſeu mari, ſeu flumine, importandis & exportandis imponendum majorem quoque prudentis Politici directionem requirit. Quod & Ariſtoteles fatetur, *Lib. 1. Rhetor. c. 4.* referens de impor-

tandis

tandis & exportandis doctrinam inter maxima & præcipua eorum, quæ in consiliis agitari solent. Et quidem, cum *merces* bifariam possint in *negotiationibus* considerari, vel *in respectu ad exteros*, prout nimirum vel ab exteris nobis *adferuntur*, vel à nobis ad exteros *deferuntur*; vel *absq; illo*, ut postea minutim & per partes intra civitatem *distrahuntur*, duplex etiam genus vectigalis nascitur, *Germ.* Zoll und Acciß.

§. 7. Circa *prius*, (quod in specie *Portorium* Romanis dicebatur, quod in portum se naves cum mercibus reciperent, vel ex portu iterum eas deveherent, *l. siquis pro uxore ff. de Donat. inter Vir. & ux. l. cùm in plures §. vehiculum ff. locati l. 3. C. de Vectig. Vid. Goedd. ad l. inter publ. n. 8. ff. de V. S. Cujac. VII. observ. 4. Buleng, de Vectig. c. 5. Lipsius, &c. laudatus item Excell. Dn.* Franckenstein / *l. supra cit:* Gallis *Traite & imposition foraine, Buleng. c. 58. p. 97. nobis adæquatò vocabulo* Zoll.) quatenus est imponendum

mercibus

mercibus nobis ab exteris adferendis, tum in *Imperialibus Constitutionibus*, tum imprimis in *Ordinatione Politica Francofurtensi* quædem ordinata sunt, pleraque tamen cum ad singulos Status, ut ea rectè curent, ibi rejiciantur, seqq. possunt notari observationes.

§. 8. Primò neutiquam est imponendum vectigal *rudi & informi seu inelaborata materiæ, aut, si aliquod, certè minimum*, ut exteri ita ad hujusmodi merces nobis adferendas alliciantur, ex quibus subditorum ac Principis multùm promoveri posset commodum. Longè enim ampliorem subditi ex rudi materiâ in opificia conformatâ poterunt cōsequi fructum, quàm qui materiam attulerunt venalem. Siquidem, quæ duce arte inveniuntur, majoris plerumque solent esse pretii & valoris, quàm quæ natura peperit. *Bodin. Lib. 6. de Reg. c. 2.* Qui ipse narrat, ex emtâ lanâ Italum quendam pannos confecisse, ut confecti panni 15. partibus lanam superarint,

rint. Et *Bornitius* se meminisse ait, quendam lintea suò charactere insignita Belgis vendidisse, quæ cultiora & nitidiora reddita triplò cariùs eidem revendita fuerint.

§ 9. II. Nec iis, *quæ inter vitæ necessaria numerantur*, si fortè indigeamus istis, ut sunt *frumenta, edulia, pecora, potus &c.* nisi sint talia, quibus divites frequentiùs, quàm pauperes, utuntur, tunc enim modicum vectigal benè habere locum poterit. Ita in *Bataviâ* gravissima tributa *vino* imposita, quia hoc tantùm in usu divitibus. *Boxhorn. Instit. Polit. in Notis ad c. 10. §. 18. p. 155.*

§, 10. III *Fabrilia* verò, *lanificia*, *sericea*, *ac omnis generis artificia*, quæ aliunde advehuntur, non exiguo vectigali oneranda esse *idem Bodinus suadet l. c.* quò subditi ipsi eadem fabricare & conficere addiscant, nec proba moneta adeò copiosè, ut ferè, sed malè, fieri solet, ad exteros deferatur, (quod quâ ratione facillimè dari possit effe-

ctui.

ctui, in pecul. Tr. de *Locupletandis regionibus Germaniæ*, Deô volente, aliquando ostensuri sumus.) Imprimis autem, ut tantùm unicum monitum hîc adjiciam, attendendum est ad occasiones alliciendi peregrinos & excellentes artifices. Qualis se obtulit ante aliquot annos in Belgiò. Cúm enim Lugduni ante 20. & quod excurrit, circiter annos instrumentum quidam invenissent textorium, quô solus quis plus panni & faciliùs conficere poterat, quàm plures æquali tempore, turbæ ortæ sunt & querelæ textorum, tandemque usus hujus Instrumenti à magistratu prohibitus est, *Boxhorn. Iustit. Polit. Lib. 1. c. 1. in Notis p. 4.* Hujusmodi itaque in casibus si magistratus ac Principes curarent, ut pressos aut ejectos alibi artifices in suas terras attraherent, næ certè nimium quantum prospicerent sibi insimul & subditis. *Latherus* equidem *Lib. 3. de Censu*, expressè testatur, se Hamburgi novisse aliquem, qui mer-

caturâ

caturâ manufactorum, ut vocant, (nominatim mit der Trip-Handlung) intra 10. annos ad 15000. thalerorum locupletior factus sit.

§. 11. Multo magis autem IV. oneranda essent vectigalibus *juxta l. ult. §. 7. ff. de Public. Vectigal.* quæ *ad corrumpendum civium mores*, quæ *ad luxum & delitias*, quæque *ad libidinem* spectant. Quemadmodum quondam *Romani* ingentia *Arabicis mercibus, unionibus & margaritis*, imposuerunt vectigala: *Nam si vera audire & dicere volumus, quid est, quod exteræ regiones? Germaniæ ad ferant, quo carere non possit, si fortè pisces & caseos Hollandicos excipias. Cur igitur tot milliones hinc auferunt peregrinarum mercium institores?* inquit Conzen. *p. 633.* Cum quò consentiunt *Hofmannus in Lycurgô p. 161.* dum dicit; Liebe Herren/wie habt Ihr doch daß Eitele so lieb / *Psal. 4. v. 4.* Was vor Eitele/unter andern auch Frantzösische / Liederliche / offters einer Spinnen Weben gleichende geringschätzige Wahren werden von Kauffleuten

auff

auff euer Begehren in Teutschland / nur neue Muster einzuführen verschrieben / *& Monzambano, in Tr. de Statu qui Imp. Germ, c. 7. p. 176.* dicit, non modicam pecuniæ vim ad exteros transferri per stultitiam Germanorum, dum ab istis merces petunt, quas vel apud se producere aut quibus omninò caruisse, in proclivi erat. Hanc igitur collationem *gratissimam DEO, pulcherrimam civitati, magistratui honestissimam, plebi utilissimam vocat Bodinus. &c.* In specie autem imponendum esset præter Tabacum, Vina Hyspanicum, Malvaticum, &c. aromata Indica, &c. gravioris quanti vectigal den Frantzösischen vielfärbigen seidenen Bändern und Spitzen / aliisque Gallicis mercibus, quibus aut carere, aut quas, si opera detur, ipsi addiscere possumus, ne Gallia ulterius, quemadmodum hactenus fecit Hispaniæ, Germaniam quoque exsugat, & nervis rerum agendarum successivè succisis impotentem denique reddat ad resisten-

resistendum viribus Gallicis. Nisi forte, (quamvis nihilominùs datum jam consilium utilius) Anglos in posterum imitari malint Germani, qui, ut præcaveant, ne moneta regni extra ejus fines efferretur, accuratissimè quosque abituros excutiunt ac cogunt, ut pro pecuniâ ex mercibus divenditis acceptâ, aut alias vicissim coemant aut Cambia sibi scribi curent, quò alibi aliā monetam tantundem valentem recipiant. *Auctor Tr. Germ.* vom Geldmangel in Teutschland / *c. 17. p. 656.* ita de hac re scribit: Ich habe selbst gesehen / daß die jenigen / so sich haben wollen lassen herauß führen / auf den Schiffen fast an allen Gliedern besuchet / und ob etwas von Gelde verborgen / ihre Kleider betastet worden. Es haben solche Besucher macht / bey befundenen Argwohne und Gerüchte den Stieffeln oder Schuhen die Sohlen abzulösen und zuzusehen / ob auch Geld hienein genähet. Ja es ist einem vornehmen draus reisenden Manne
nicht

nicht erlaubet seyn Silbern Trinck- und ander Geschirr/ ausser einem Tisch-Becher und Löffel/ denn so viel Geld/ als ihm bis zum Ort/ dahin er wil/ zur Zehrung nöhtig/ mit heraus zu nehmen/ vor das Ubrige muß er entweder Wahren einkauffen/ oder ihm durch Wechsel an andere Orte übermachen/ und also das Geld und Silber darinnen lassen. Sed ut vulgò amat fieri, cùm hactenus hoc saluberrimum monitum neglectum sit, cotrariumque observatum, multi, scio, tanquam impossibile id respuent, objicientes forsan diversitatem inter Angliam atque Germaniam; nolo tamen hic cum ipsis, tanquam imprudentibus, multum altercari, saltem perpendendum ipsis relinquo, an universum Imperium Germanicum tam imprudenter egisse cogitari possit, ut tulerit mandata quæ reperiuntur in Recessib9 Comit: Imper. de iis, quæ non possent unquam executioni mandari. O si aliquando veternū excuterent, quos cura hæc tangit

 git

git & attinet, egregiè conſuleretur & ſubditis æquè atque Principibus. Multæ mercatorum imposturæ perverterentur, ingens pecuniæ ſumma hactenus quotannis erogari ſolita retineretur, proba moneta conſervaretur, innumera denique damna alia impedirentur. Quantum enim iſtæ prolatæ obſervationes habeant in receſſu, non niſi prudentis eſt æſtimatio. Aber ſagt D. Luther im *Tr.* vom Kauf-Handel und Wahren. GOtt hat uns Deutſchen dahin geſchlendet/ daß wir unſer Geld und Silber müſſen in frembde Lande ſtoſſen/ alle Welt reich machen/ und ſelbſt Bettler bleiben.

§. 12. Quatenus porro imponendum eſt vectigal rebus, quæ à nobis ad exteros *deferuntur*, attendendum hîc præcipuè tùm ad *ipſas perſonas exportantes*, tùm ad *merces exportandas*. Magis enim peregrini onerentur, quàm cives. Prout *Turca* ab exteris portu ſolventibus rerum exportandarum decimas, à ſub-

ſubditis verò 20mas capit. In *Angliâ* quadruplum ejus, quod cives ſolvunt, exteri ſolvere compelluntur. *Teſte perſonatô illô Theoph. Ellichniô in Tr.* von Gefäll und Einkommen/*Claſſ. 1. p. 21. In Galliâ* eſt 20ma pars pretii rerum venalium, quæ extra regni fines exportantur. *Buleng. c. 58. p. 97.* De immunitate autem à ſolvendô vectigali omnimodâ, quam habent hodiè receptis moribus *Nobiles magiſtratus* & *ſacerdotes*; cuique ſeſe oppoſuit noviſſimè *Relſendſo in Tr. de Summâ Principum Germanicorum poteſtate c. X. p. 151.* hic nolumus diſſerere, quia id partim quàm maximê odioſum, partim, quia aliàs, quid hic è re Principis ſit, manifeſtum eſt. Cur verò contra regulam Gallus longê majus exigat vectigal Sallis à ſubditis, quàm ab exteris, diſſimulat ſe ſcire *Bodinus*, adeoque perversè Regem agere dicit, ego autem arcanum iſtud Bodinum fugiſſe minimè credo. Qui paulò ſagaciori rem mente trutinat, abſconditam cauſam in ratione Status fundatam haud difficulter inveniet.

§. 13.

§. 13. Quoad *merces* verò ipſas notandum I. *Quòd ſi aliunde æquè commodè poſſint peti, quibus nos abundamus, leviſſimum vectigal exigendum eſſe*, ut ſic vectigalium lenitate & majoris ſpe lucri allecti exteri promtiores evehant merces nobis ſuperfluas, & invehant viciſſim pecuniam vel alias merces nobis magis neceſſarias. (Quas autem præcipuè merces tanquam ſuperfluas aut noxias exportari aut tanquam neceſſarias importari ſit ex utilitate Reip. oſtendit ὁ πάνυ, CONRINGIUS in *Diſſ. quad. de importandis & exportandis an. 1665. habitâ*, Reſp. *Gerh.* Iben.) Ob quam rationē *Plato VIII. de LL.* ex ſuâ Rep. portoria omnia ſuſtulit. Et prudenter ac magnò ſuorum commodò *Rex Poloniæ*, cùm majori vectigali frumentum, quod in Dantiſcanos & Pillavianos portùs venerat onerare decreviſſet, à Batavis autem admoneretur, idem ex Moſcoviâ peti poſſe commodiùs, ſententiam mutavit.

§. 14.

§. 14. A quâ Regulâ tamen *duo excipiendi sunt casus*, quibus commodè gravius imponi vectigal potest, imò debet. Et quidem, I. *si materia ex civitate exportetur rudis* sive ex solô producta sit, sive ex visceribus terræ eruta, sive aliunde pronata, ut sunt *metalla*, *nonnulla mineralia*, *limum* item *argilla*, *lignum*, *lana*, *corium*, &c. & nondum in opificia conformata; ut cives, si pecuniam exinde capere velint, ipsi eam prius commodè tractare discant, quò majus postea lucrum exinde percipiant. Quô in casu salubriter exteri gravitate vectigalis ab eâ exportandâ absterreri possunt. Quantos vel *ex solâ lanâ* Anglia capiat fructus, ferè incredibile est. Unde etiam istiusmodi materiam evehere severis edictis *in Galliâ*, *Hispaniâ*, *Angliâ*, *Belgiô*, prohibitum. Sola *Germania* hactenus nimium liberalis in concedendo aliis lucrô, quô ipsa frui posset, visa est. Nec ferè quisquam magnoperè curat Ordinat. Polit. ipsius S.

Rom. Imperii, Zu Augspurg an. 1548 tit. von Verkauffung der Wüllinnen Tücher/ ubi hæc verba habentur: Nachdem auch in Teutscher Nation gutte Tücher gemacht werden/ daß man frembden Nationen Tücher wol entrahten/ und das Geld/ so für dieselben frembden Tücher gegeben/ in Teutscher Nation behalten werden möchte/ so wollen wir den Obrigkeiten hiermit aufferleget und befohlen haben/ in dem gutte Ordnung vorzunehmen/ damit die Wüllen-Weber an Wolle nicht Mangel leyden/ sondern dieselbe umb ein ziemlichen Kauff bekommen mögen/ und die Wolle nicht also mit grossen Hauffen in frembde Nation verführet werde. Hôc autem in casu præcipuè curandum esset, daß auch in Teutschland recht gutte und tüchtige Tücher köndten gemacht werden/ damit man selbe nicht erst aus Holl- und England holen dürffte.

II. *Si aurum & argentum seu, signatum seu non signatum, evehatur.* Ubi imprimis è re principis esset, per fide ac integri-

gri-

gritate probatos ministros prospicere, ne mercatorum astutiâ millefariâ, dum quali quali lucro eâ ratione capessendo inhiant, damnum aliquod per defectum probatæ monetæ accidat Reip. Nec sufficit prohibere, nisi in delinquentes promiscuè pœnâ animadvertatur exemplari. Quò pertinent *Imp. Ferdinandi* I. Müntz-Ordnung *de annô* 1550. ubi: Inländische Müntze außzuführen/ ist verboten/ Daß solch Geld sol verwirkt und darzu mit Ernst gestraffet werden. *Conf. Constit. Rudolphi an.* 1594. §. dieweil auch durch die Außführer ꝛc. Et de *Instituto Anglicô* vid. §. *præced.* 11 *h.c.*

§. 15. *Quòd si verô nullibi aliàs vel certè ægerrimè, res aliis necessariæ possint adquiri, ut quondam Judæorum balsamum*, de quo pecul. edidit Tractatum *Prosperus Alping Venet.* 1591. *in* 4. *tunc mediocre vectigal absque metuendô damnô poterit injungi.* Nec tamen, & hoc esse nimium videtur consultum, cùm infensos plerunque reddat vicinos & socios, unde facilis post-

modum ansa bellorum aliarumque calamitatum complurium. Quemadmodum proximis annis præterlapsis plurimas querelas novimus prolatas esse, præcipuè à Belgis, contra nimium Portorium à Rege Galliæ in suò regnò constitutum, quod dicebatur das Faß-Geld/da von einer jeden Last 50. Stüber solten erleget werden. Earum querelarum effectum describit *Auctor Diarii Europæi ad Ann. 1660. p. 247.* dum ita refert: Als solches 2. Holländische Schiffe mit Korn beladen nicht geben wolten/sondern wieder davon fuhren/kam darüber das gemeine Volck zu hauffen/ und rissen das Zoll-Hauß in Grund nieder. De Gravitate vectigalium *in Lusitaniâ*, ubi pro omnis generis mercib9 *in singula centena* solvebuntur *viginti*, itidē cōquestos esse omnes, refert *Conestagio. lib. 1. Rer. Portug.* Pluribus, quomodo nimia vectigalia mercaturā pessundent, vid. apud *Joh. Bochium in Histor. Narrat. De Albertô & Isabellâ Austr. Archiduc. p. 252.* Unde si pluribꝰ Re-

busp

busp. iniquum videatur vectigal, rationem esse compellendi exactorem, nonnulli statuunt, verè an falsò, non decidam. Qui tamen æstimare volunt, (ut rectè admonet *Bœclerus*) *non solas impensas* considerare debent, quas facit dominus freti, *sed etiam* [1] *tempora Reipublicæ*, [2] *naturam mercium*, [3] *emendi vendendique facultatem* [4] *pecuniarum inopiam copiamvé, &c.* Cùm enim de modô vectigalis Jure Gentium nihil constitutum appareat, haud facilis ejus esse potest æstimatio.

§. 16. *Quatenus* tandem *merces minutim & per partes in Rep. distrahuntur*, *itidem* ubivis ferè locorum vectigal quoddam, dictum apud nos barbarô vocabulô Accis / *Bornit. de Aer. Lib. V. c. 2.* Romanis *Siliquaticum Buleng. c. 41.* impositum esse ex Historiis constat. *De Hispaniâ & Neapoli* vid. Auctor Thesauri Polit. *in Relat. de Hisp. & Neap. P. I. t. 38.* ut & *de Româ, Venetiis, Florentiâ Ferrariâ &c.* quas Resp. hòc uno ferè modô

dó ſeſe ſuſtentare ſcribit *Beſoldus de Aer. p.108. De Bataviâ* vid. *Bornit. l. c.* Quæcunque autem *in §§. præcedd.* ſunt dicta von Zöllen/ ea omnia benê & huc applicari poſſunt ac debent. Prudenter namque & hujus vectigalis tum *quantitas* tum *qualitas* moderanda eſt. ILLA etenim, ſi nimia, quantas ſæpiſſimê pepererit turbas, vel *Belgiũ* Albani exactionibus commotum (*vid. Thuan. Lib.48. p.m.1021. Michael ab Iſſelt in Hiſt. ſui temp. ad ann. 1569. p 184. & ad an. 1572. p. 253. ſeqq. Londorp. in continuat. Sleidan. Lib.17. p.116. ſeqq. Metteran.* in der Niederl. Historie *Lib.IV. & paſſim.*) aut *Neapolis* per *ſuum Mas-Anjello,* ex infima fæce piſcatorem, ob Hiſpanorum in exigendis vectigalibus ex fructibus, qui in forum venales ferebantur, acerbitatem graviſſimis implicata turbis poterunt docere. *Theatr. Europ. P. VI. ad ann.1646.* (Quibus ſimiles oriebantur mox ſequenti annô etiam *Palermi* in Sicilia.) Sic graviſſima ob novum vectigal *Lyone* in Gallia

ex-

excitabatur ſeditio, in quâ telonium majus diripiebatur, &, ciſtis arcis atq; capſulis per feneſtram ejectis unà cum omnibus literis Regiis, pecuniâ, aurô, argentò, cimeliis, veſtibus & pretioſis quibuscunque cæteris ac in acervum compoſitis, omnia ante telonium comburebantur, cineresque in aquam ſpargebantur, *Theatr. Europ. ad annum 1632.* *Apud Romanos* erat rerum Venalium quondam *centeſima. Sueton. in Auguſtô c. 49. Tacit. Lib. 1. Fauſt. ord. 2225. Buleng. c. 25.* Quam proportione reſpondere fermè Acciſorum, quod hodiè vocant, vectigali, *cùm ſingulis Imperialibus ſemiobulus imponitur*; ſententia eſt *Excell. Dn. Franckenſteinii. Diſp. II. de Aer. R. Obſ. II. Lit. P.* attamen, cùm præter hoc & alia quamplurima Romani habuerint vectigalia, judicat Beſoldus *l. c.* vectigalium iſtorum gravitatem viam ſtraviſſe barbaris ad Imperium iſtud diſſolvendum. Quantam enim ſummam vel ſola centeſima iſta & 25ta mancipiorum vena-

 lium

lium effecerint, *ap.Lipſ.l.c.* poteſt videri. Hæc autem (qualitas nimirum) tùm benè ſe habebit, ſi imponatur potiùs rebus *luxui aut impietati inſervientibus*, (ut v. g. *amylo*, Hollandorum exemplô, cùm enim ibi magna quotannis tritici quantitas in amylo parandô conſumeretur, nec Proceres malo remedium viderent, novum tributum, quò ſaltim Reip. ex hâc luxuriâ fructus aliquis eſſet, amylo impoſuerunt, videlicet ſeſtertium in ſingulas libras, quod quamvis partem ferê quintam totius pretii æquaret, leve tamen erat, quando ſolis opulentioribus id oneris incumbebat, *Rheydanus* in Hiſtoriá ſuperioris ſæculi anni 98.) quàm *ad quotidianum victum pertinentibus l.1. C. de Vectigal. t.203.* Quale erat *vectigal macelli* à Caligulâ inſtitutum pro omnibus eduliis, quæ totá urbe venirent *Sueton. c.37. 40.* Niſi extraordinaria hoc poſtulet neceſſitas, prout infrà dicetur.

CA-

CAP. IV.

DE

TRIBUTIS.

In GENERE de ipsorum necessitate & justitiâ, ubi inseritur admonitio ad Principes per rationes & exempla, ne in iis imponendis excedant æquitatis & pietatis regulas; de arcanis rationibus, quib9 Tributa quàm facillimè à populo possint impetrari; IN SPECIE De Tributis, quæ vel ad participandũ lucrum ex rebus subditorum

rum, puta ex agris & fundis, ex metallis, ex hereditatibus, Legatis, quæstu artificum, reditibus divitum, percipiuntur, vel ad coërcendum malitiam & profusionem luxuriosam hominum litigantibus, Advocatis, Notariis, Instrumentis lusoriis, conviviis Nuptialibus & Baptismalibus, vestibus preciosis &c. imponuntur.

§. I.

§. I.

TRibuta ut solvamus *necesse esse* & præceptum de iis tanquam justum *obligare conscientiam ipse Paulus* explicat, *Rom. 13. v. 3. 4. 6. cum quô conf. Matth. 22, v. 21. Luc 3. 13. 3. Sam. 4. 6. 2. Reg. 15. Finis* enim eorum est, ut potestates publicæ habeant, unde sumtus faciant ad bonos tuendum & cöercendum malos. Siquidem *impossibile est, ut sacris Tributis non illatis alioquin conservetur Resp.* Nov. 149. c. 2. Nov. 161. c. 2. *Neque* enim *quies Gentium sine armis, neque arma sine Stipendiis, neque stipendia sine Tributis, haberi queunt*, ut pereleganti gradatione necessitatem illorum evincit Politicorum Magister, *Tacitus, Lib. IV. Histor. c. 74.* Et id propter Onera tributorum, quæ populo incumbunt, & si gravia sunt & quasi intolerabilia, appellantur sancta & semper habentur pro justis, quoniam in statu publicò idem sunt, quod vela in navibus, quibus illæ non onerantur nec opprimuntur, sed moventur

tur

tur & conducuntur. Tributa namque nervi imperiorum sunt; unde cura adhibenda est, ne his deficientibus corpus casu dissolvatur. *Pierre Matth. ap. Limn. Lib. II. Notit. R. Franc. c. 7.* Unde vix ulla unquam constitit Resp. nisi Tributorum fulcro quodammodo innixa. De *Persarum* Tributo videri potest *Herod. Lib. I.* De Indorum, *Diodor. Sicul. Lib. I. c. 10.* De Cappadocum. *Strabo Lib. II*, De Æthiopum, *Herod. III.* De Colchorum, *Id. Lib. 3.* ut alios taceam. Agnoverunt præterea eandem tributorum necessitatem *Cicero, Orat. pro L. Manil.* & *Menenius Agtippa, ap. Liv. Lib. II.* aliique. Et ut omittam, quæ pluribus à doctissimis Viris circa hoc argumentum disputata sunt passim, solos *Klockium de Contrib. p. 6. n. 12.* & *Molinam, de J. & J. T. III. Disp. 674.* ut videantur, allego. Sunt tamen nihilominùs non pauci, qui suadeant, *tributa* omninò tanquam *injusta & tyrannidem* ambitiosô ipsorum judiciô *sapientia* esse

ê Rep.

è Rep. ad Garamantas legenda, eâ potissimùm ratione subnixi, quòd inter ipsa tyrannidis indicia & effectus, *1. Sam 8.* ea connumerentur, ut ipsis quidem videtur. Sed næ illi homines intelligendò faciunt, ut nihil de Rep. nihil de ejus administratione, nihil de ipsius negotiis, videantur intelligere. Quoniam in Vectigalium & Tributorum materiâ haud raró *ad dominium eminens*, quod civitas habet in cives & res civium ad usum publicum, respiciendum est, & ab hâc Philosophiâ aliquod petendum præsidium, *monente celeberrimô Dn. Bœclero in Disc. suo de Dom. Emin. quem inseruit Comm. ad Grot. de J. B. & P. Lib. I. c. 3.* unde fit, ut etiam, quod nimium alioquin videatur, cùm expediendæ rei publicæ causâ patiendum est, non vis, sed ratio, debeat censeri, modò moderetur eò ordine ac dispositione, quam natura ipsa ad finem publicæ potestatis obtinendum præscripsit, & cùm intrinseca quasi illi domi-

dominio eminenti ſit, compẽſatio, quã-
docunque copia ſuppetit, exſerat ſeſe
quaſi ſopita ad tempus obligatio. Unde nullò modò tributa abſolutè injuſta
poſſunt vocari, ſed accidit hòc ſolùmmodò, ſi circa illa, quod officii, charitatis, boni moris, obſervantia dictitat, negligatur. Probè itaque obſervandum, quod rectè monet & Theologiæ & Juris ſcientiſſimus, *Joh. de Salas, de LL. Tr. VI. Diſp. 15. Sect. 10.* Difficilinum eſſe, judicare, an injuſtum ſit tributum à legitimô Principe ſubditis non exemtis impoſitum, quia non poſſunt privati omnes judicare *de cauſa*, quæ Principem movit ad imponendum tributum. *Sæpè enim eſt occulta & juſta.* Unde ſola incertitudo cauſæ & aliarum conditionum ad juſtitiam tributi requiſitarum non ſatis eſt, ut ceſſet obligatio ſolvendi tributum, *quia cognitio horum non pertinet ad perſonas omnes privatas.* Quapropter, ut hoc obiter addam, malè ſæpiùs agunt intempeſtivè miſericordes,

cordes, aut ambitiosè arrogantes quidam concionatores, qui omnia tributa, quæ aliquantum graviora sunt subditis, tanquam divino & naturali juri repugnantia damnant. Quod autem *locum Samuelis* adductum in contrarium concernit, vanum equidem in eô *Besoldus* cæterique quærunt præsidium, cùm omnia ista, quæ juri regio Samuel tribuit, Rex flagitante Reip. seu necessitate seu utilitate, optimâ conscientiâ, imò cum laude & concessione divinâ, possit postulare, ut egregiè docet *Klockius de Contrib. p. 6. n. 12. cum quô conf. ex Theologis Gerhardus Locô de Magistr. Polit. n. 125. D. VVinckelmanus Comment. in Luc. p. 169. D. Polycarpus Lyserus*, in einer Landtags Predigt / *p. 38. Verbis*: Und hier wird nichts unbilliges erfodert / *&c.* aliique. Ad argumenta autem, quæ contrarium sensum loci citati debent probare, si concrepuero digitis, evanescent, *inquit Faustius Class. 12. cons. 10. Ord. 882.* Et verè. Nam distinguas modo,

Hoc ad nequitiam ipſorum pertinet, (ut benè judicat alicubi ſummus ille Politicus BOECLERUS) illud imprudentiam arguit, quòd ne attendant quidem exitus effectusque pravorum facinorum, qui ſi in oculis eſſent, tàm animosè fors nunquam limites pudoris transgrederentur. Quæ enim & quàm calamitoſæ nimias exactiones ſæpiùs ſequantur ærumnæ, non Theologi ſaltem monent, ſed paſſim rationib9 & exemplis cordatiores quoque Politici inculcant. Nullum ſanè tutum eſt Imperium, niſi benevolentia munitum. *Ecce enim! Tempore Galbæ Imp. ſuſcepere duo manipulares Imperium Populi Rom transferendum & tranſtulerant!* admirabundus inquit, *Tacitus l. Hiſtor. 25.* Vulgo enim omni cùm inſit aliquid malignum & querulum adverſus Imperantes; trucis animi aſperitas, etiam, cùm querendi cauſa non eſt, indignandi vix modum facit, ſuntque vulgi mores, odiſſe præſentia, ventura cupere, præterita celebrare.

brare. Ut adeô rectè ipſam *Chamæleonti* comparaverit *Naudæus*, qui omnes colores, ſolò albô exceptô, adſumit, in Politiſchen Stats Streichen / *p. 200.* Jam verò ſi plebis & pravorum hominum curioſam mœſtitiam gravioribus incitaveris Tributis, nihil tàm magis in promtu erit, quâm aliorum conditionem intueri, cum ſuà conferre & leves ob cauſas præferre. Tàm infensô namque impetu malorum mœſtitiam ingenius publicè degener in ſpes & vota Reip. rapit, ut perire non abnuant, ſi Remp. perdere, ſaltem lædere, poſſent, (*laudatus Bœclerus in I. Hiſtor Taciti p. 13.*)

§. 3. Utinam verô nunquam juſtæ eſſent lacrymæ, *etiam proborum* hominum, tributis expreſſæ! At enim verô, quamvis omnis vanus eſſes metus hominum, præcipuè tamen Deum revereri ac timere Principes diſcant. Recordentur Tragici in *Carolo*, Rege Navarræ, exempli divinæ nemeſis, *ap. Froſſart. III. Hiſtor.* Meminerint *Eduardi*, Angliæ

Regis

Regis; *ap. Polyd. Virgil. Lib. 8. Hist. Angl.* Respiciant *Caligulam* tot conjurationibus subjectum; *Achæum*, Lydiæ Regem, pedibus sursum erectis & capite in aquas Pactoli demissô, populari quadam in factione suspensum. Perpendant damna *Rehoboami*, Israëlitarum Regis, & *Chartaginensium*, *Polyb. Lib. 1. 12. Olenii* item, à quô Frisii tyrannice tributis vexati *remedium ex bellô quæsiverunt*, ut loquitur Tacitus, *Lib. IV. Annal. 72. qui locus apprimè videndus.* (Nam nimiâ tributorum exactione ad egestatem primò, mox ad desperationem & ad furorem, adigitur populus, ut rectè observat *Hornius in Notis ad Boxhorn. Init. Polit. p. 161.* & nos §. *præced.* jam declaravimus.) Infamiam porrò publicâ ludorum Equestrium lege nimiùm subditos tributorum onere prementibus principibus quondam impositam spectent, *VVolff. Cent. X. lect. memorabi. p. 9.* Et propterea laudabili boni nominis studiò proboque in Remp. adfectu

ctu Alexandrum, *ap. Eutropium lib. 10.* Antonium Pium, *ap. Jul. Capitol. in ipsius Vitâ.* Hadrianum, [qui apud *Dionem Spartianum* dicebat, *se ita gesturum esse Principatum, ut sciret, rem populi esse, non suam,*] Valentem, qui tributorum onera studiò quodam molliens singulari nulla vectigalium admisit augmenta, *Ammian. Marcell. lib. 31.*] aliosque hòc nomine celebres Principes, vincere semper det operam. Confer elegantem discursum, Gottlieb Wahrmunds von Ehrenberg im Geldmangel Deutschlandes / *Caus. 12. p. 453. seqq.*

§. 4. Quapropter cum novum est indicendum Tributum, semper videndum, ut non solum Principi istud sit proficuum, sed etiam subditis, quàm minime molestum. Unde *primò omnium* maturô judiciò dijudicandum est, quid Reip. ratio, quid regionis natura & populi conditio admittant. Nam e.g. Tributis civitates & Provinciæ, *quæ in finibus constitutæ* ut plerimum tanquam

extrema

extrema fabа (*ut loquitur Schoock. in Arcanis p. 321.*) carpi & perire solent; item *quæ vel igne vel hostium incursionibus aut aliô casu fortuitô clades exitiales perpessæ sunt*, haut æquê debent onerari ac illæ, quæ in Imperii meditulliô extra telorum jactum collocatæ sunt, exemplò *Venetorum & Hispanorum* hodiè hoc monitum probê attendentium. Ita etiam olim tributis levatæ à Romanis in temp9 Asiæ urbes, afflictæ *terræ motu. Tacit. II. Annal. c. 47. & IV. c. 13.* Factaque SCTa, ut civitati Cibaryticæ apud Asiam, Ægirensi apud Achajam, *motu terræ* labefactatis subveniretur remissione tributi in triennium. Confer de Apaminensibus *Lib. 12. c. 58.* Sic *recenter subactis* onera etiam potiùs sublevanda, *Tacit. Lib. 11. Annal. c. 56. Cappadoces in formam Provinciæ redacti Q. Veranium Legatum accepère & quædam ex regiis tributis deminuta, quò mitius Rom. Imperium sperametur.* Sic & dimidiū saltem tributi, quod regib9 ferre hacten9 soliti erant, populo

Rom. pendere jussi sunt *Macedones* *Liv. Lib. 40.* *Deinceps*, ut eò feliciùs Princeps rem peragat, quodque cupit, consequatur faciliùs, seqq. probè erunt observanda. Videat scil. (1) ut publicam vel *necessitatem imminentem*, vel *utilitatem certò apparentem* demonstret. Tunc enim creditur manere singulorum, quicquid etiā expenditur, quando salus ipsorum Reip. saluti inclusa est. Ostendat, se neutiquam cupere opes subditorum, nisi necessitas inevitabilis eas requirat. Idque ut persuadeat Princeps, conducet maximè in promtu habere Viros eloquentes, qui facundè hic comprobare sciant. Tantam certè vim in casibus Reip. *Naudæus* non falsò eloquentiæ adscribit, ut in hæc ipsa verba erumpat: Wenn ein Printz 12. Leute von tüchtiger Beredsamkeit zu seinem Willen hat/ so halte ich ihn vor viel mächtiger/ und glaube/ daß er mehr Gehorsam in seinem Reiche bekommen würde/ als wenn er 2. starcke Krieges-Heere auff den Beinen

nen hätte. Polit. Staats-Str. *p.* 225.
Utile etiam (II) erit, aliquando *tributum jam acceptum reddere, aut aliquid de eô remittere*, ac si causa ejus esset sublata vel non tantô indigeretur. Sic enim plus, quàm dici potest, subditi ad ferenda imposterum onera promti efficientur. Nota est ex Aristotele *lib II. Oecon.* calliditas *Dionysii Syracusani*, quā probè etiam scivit adhibere Steno Sture/ Svantonis, Gubernatoris Regni Sveciæ filius, qui cùm populus oneraretur tributis, supplex patri ad genua provolutus remissionem ipsi impetravit. Quô effecit, ut, cùm Patri succederet, subditi non tantùm spontaneè solverent, sed nec vitam pro ipsius salute vel mille periculis dubitarent exponere. *Joh. Magn. in Hist. Regn. Septentr.* Simili ratione *Darius*, qui primus tributa gentibus imposuisse fertur, ne molestè ferrent, non ipse exegit, sed Satrapas ea constituere jussit. Quibus ingentia tributa describentibus ipse subscri-

 psit,

psit, dimidiam partem remittens subditis. Qui libentibus animis dimidium penderunt, quasi magnô jam beneficio à rege affecti *Polyæn. lib. 7. Strateg.* At *in universum abolere* tributum aliquod ordinarium & longâ consuetudine solvi solitum minimè consultum est. Jugô enim illô semel liberatus populus nunquam id ampliùs facilè suscipere volet. Potiùs feliciori tempore & necessitate cessante non tàm tolli tributum, quàm exactio differri potest & debet, & si ingruit necessitas, iterum tributum urgeri, quod tantò alacriùs præstabitur ob remissionis beneficium.

§. 5 (III) *Non culpâ suâ vel prodigalitate aut negligentiâ ærarium esse exhaustum declaret.* Hinc enim *apud Dionem lib. 11.* Mecænas ad Augustum rectè: *Quis, cùm videat te continenter vivere, ac prodigere nihil, in re item familiari summâ parsimoniâ uti, in publicâ liberalissimum esse, non ultrò velit aliquid conferre, cum tuas divitias*

vitius suam securitatẽ ac copiam putet. (IV) Ne iniquô animô ferant subditi collectā, ipsos *vel pactô remissionis tempore necessitatis delapsô*, future durch Fürstl. Revers-Briefe / sicut *Sereniss. Elector. BRAND.* in der Accise-Ordnung *Tit.* von Künstlern / ꝛc. §. 10. promisit, daß diese interims Einführung der Accisen den Städten sonst an ihren Freiheiten und Privilegien allerdings unnachtheilig / und ihnen hiernechst frey gelassen werden soll / nach Befinden dieses Wercks so fort / oder nach verfliessung der 3. Jahre zu cassiren und auffzuheben. *Vel privilegiorum concedendorum aut coservandorum, religionis item, libertatis &c.* pollicitationibus demulceat. Quemadmodum *Veneta Resp.* hôc artificiò aliquoties necessitatis tempore fuit usa, & Patrum decretó aliquando hoc proposuit Edictum. *Quicunque è populo pecuniâ, commeatu, militéve aut classem aut militares copias juvissent, fore, ut, ubi cum hostè debellatum esset, ex eorum numeró 30. qui optimè meriti crede-*

 rens-

rentur, ad Patriciorum ordinem transferrentur; daturos adhaec Patres operam, ut 5000. aureorum quotannis reliquis dividerentur. Tholos. de Rep. c. 6. n 8. Nam id semper quàm maxime studendum, ut subditi bono animô in tributum consentiant. Ut enim liquor ille, qui ex arbusculô myrrhæ radiò Solis exprimitur, nobilior est eò, qui ferrô extorquetur, sic ea populorum tributa sunt laudatissima, quæ civium amor elicit, non quæ vis terrorque cogit, ceu *verè* loquitur *Joh. Adam. VVeberus Adam. Austr. Diss. 3. p. 84. Et, ut Plinius Junior Epist. 8 dicit,* longè valentior est amor ad obtinendum, quod velit, quàm timor.

§. 6. Ut verò *candidè* secum agi existimet populus, in quô magnum rei momentum, ut *ex praeced.* §. jam liquet, est positum, fugienda est *(V)* ars, quâ nonnulli utuntur, *dum vel utilitatem reparationis urbium & munimentorum, vel exercitûs collectionem proponunt, fingunt simul urgentem necessitatem populoque exci-*

tant

tant metum hostis, pecuniis verò exactis opera imperfecta relinquunt, aut pacem concessam prætendunt. Qualis fere fuit fallacia, quâ usus est quondam *Mausolus*, Cariæ tyrannus, *ap. Arist. II. Oecon.* Tyrannorum enim judicatur, novos subinde sinus & varia prædandi vocabula exquirere, *Tacit. IV. Histor.* Et si semel ejusmodi fallaciâ usus fueris, non facilè secundò fidem apud populum invenies. Nisi abunde confirmes, te hujusmodi simulatione, cùm consilia tua secretò fuerint tractanda, & maxime cavendū, ne ea emanarent, uti necesse habuisse ad perficiendum quoddam negotium, Reip. salutem imprimis concernens, indeque appareat, non malum, sed bonum, â te dolum fuisse adhibitum. Hâc unâ forsan ratione fidem retinere poteris, quamvis nec sic ab omni fraudis suspicione, certè apud nonnullos, te satis liberaveris. Quapropter quàm cautissimè illâ arte utendum videtur. (VI) Nec quod primô loco erat mo-

nendum, imponantur tributa *absque Ordinũ consensu* ad eò faciliùs scil. amoliendum invidiam & demulciendum populum, ut conveniant, wie viel/ auff was Zeit und Weise nach Gelegenheit der Fälle/ und der vorgebrachten Motiven/ auch ihres jedesmahligen Vermögens/ sie ihrem Landes-Herrn an Gelde/ oder Geldes werth reichen und geben wollen/ *Generos. Dn. à* Seckend. *P. III. Regal.8. p. 223.* Prout ita obtinet usu non *in Imperiô* tantùm *Romanô, ejusque Provinciis*, sed & regnis *Hispaniæ*, ubi tributa approbantibus regni Procuratoribus, Plebis Tribunis ac subditis imponuntur in Comitiis. (*Parlad. lib. 1. Rer. quotid. c. 3.*) *Poloniæ, Hungariæ, Angliæ*, (*Heigius Vol. IV. Disp. 18. n. 8.*) & olim, usque scil. ad tempora Caroli VII etiam *Galliæ: Bodinus VI. de Rep. c. 2. n. 626. Frossard Vol. I. c. 155. cum quibus confer. Cominæum & Hippol. à Lapide de ratione Status P. 1. c. 12. p. 253.*

§. 7.

§. 7. VII. Prospiciat sedulò, *ut Officialium atque Quæstorum inhibeantur exactiones.* Unde prudentissimè agunt Principes, quos scio in Comitiis Provincialibus ipsis Ordinibus liberam potestatem concedere, imò mandatis exigere ab eis, ut deferant ad se querelas, si quas habeant de destinatis ad Tributorum collectionem ministris, ut secundum justum & æquum maturè de hujusmodi gravaminibus prospici queat. Inter est enim imprimis magistratuum, Quæstorum & Exactorum constringi injurias, quia quicquid ab illis committitur, ejus facti invidiâ magistratus premuntur. Quemadmodum nonnunquam ob eorum iniquitatem integræ â Romanis defecère Provinciæ. Patto sanè, Pannonum Princeps, Tiberio interroganti, cur tam crebrô rebellarent, expressè respondit: *Vos ipsi estis in culpâ, quia non pastores, sed Lupos, nobis præfecistis.* Unde illa Tiberii vox: *Boni Pastoris est, tondere pecus, non deglubere.* Qua-

propter Maximil. Bavarus filium suum prudentissimè hortatus est, *ne spongiosas, picatas, avarasque manus ad Quæsturam admittat*, sed deligat viros abstinentes, integros, æqui observantes; *addità ratione*, quòd ita libentiùs subditi subituri sint onera, si fraude non premantur, neque injuriis, ut expressè de Britannis *Tacitus in Agricola c. 13.* testatur, quòd delectum ac tributa & injuncta imperii munera impigrè obire soliti sint, si absuerit injuria. *VVeberus in Adam. Austr. Diss. II. p. 395.* Simile etiam monitum reliquit filio suo *Jacobus*, Rex Magnæ Britanniæ, dum voluit eligi quæstores *honestos, diligentes, facultatibus locupletes, potentià mediocres, &, cùm ad calculum revocandi sunt, ab iis strictam rationem exigi.* Le Bleu, *Lilset. p. 37.* Technæ autem quæstorum potissimum duplicis sunt generis, *vel* enim tributa subditis à Principe imposita augent, aut nova sub nomine Principis ipsi aliquando imponunt; *vel* si quæ debita

ex

ex tributis solvenda sunt creditoribus, fictâ impossibilitate solvendi, ut transigant, eos compellunt & chirographis 1000. florenorum vix centum redemtis postmodum vel integram summam repetunt, vel certè exiguam maximè partem remittunt. *Prior* dolus imprimis ad noxam vergit *subditorum* cumque compesci optimè posse judicant nonnulli, si Princeps illos fraudulentos administros emunctis divitiis, fraude compertâ, exuat, (juxta illud *Plinii Panegyr.* Ereptum alienas pecunias iverunt? Perdant has, quas habent.) & earum dimidiam partem populo restituat. Sic enim fore credunt, ut populus utroque pollice illud probet, pro receptâ portione, veluti rarò aliquò beneficiò, summas etiam Principi gratias agat, & tanquam clementem ac justum laudibus vel in cœlum usque extollat. *Posterior* detrimento maximè est *Principi*, qui non aliâ ratione cöercendus videtur, quàm si, quoties-

cunque à Quæstoribus redemta profe-rantur chirographa aut hypothecæ, exactissimé summa redētionis exploretur, priusquàm rationes approbentur. Ut cæte ræetiam iniquorum ministrorum, præcludantur astutiæ, *Conzenii, Lib. VIII. Polit. c. 7. p. 633.* consilium est, ut ad certos delectos à populô viros integræ virtutis ac fidei deferantur omnia administrorum vaframenta; illique porrò, præsente magistratu accusatô, Regi aut Principi ea exponant. Cautelis autem quibusdam hìc opus est, ne utilis delatorum usus in abominandum convertatur abusum. Prudens eas facilē perspiciet. Nec enim hìc nobis ea prolixiùs prosequi licet,

§. 8. VIII. Curet etiam, *ut subditi habeant, de quô Tributa solvere queant, nec redigantur ad incitas.* Etsi enim egeat semper multis, qui multa, quæ erogat, accipit, tributa tamen subjectos ne deglubant, aut reddant in futurum inu-

inutiles. *Odi hortulanum, qui à radice olera stirpesq; exscindit*, dixit *Maximil.* Elector Bavar. *VVeber. l. c. p. 394.* Et *ubi ex privatis subsidium Reip. exspectatur, juvandi prius privati sunt, ut juvent post Remp.* inquit *Boxhorn. Instit. Polit. p. 154. Edit. Horn.* Pertinent huc notabilia verba, quæ ap. Saurium *in additionibus ad Ferrarii de Rep. c. 1. p. m. 8.* leguntur Damahls / (loquitur de temporibus Saturni & Osiris,) war der Brauch der Herrn / daß sie Tag und Nacht nichts anders thäten / denn daß sie gedachten und betrachten / etwas neues zu finden / damit dem gemeinen Mann die Nahrung desto leichter ankäme / und sich die Menschen desto besser nähreten / das war damahls ein Fürstlich Ehrlich Ding. Quomodo verò subditorum quæstûs promoveri optimè posse judicent Prudentes, aliò tempore forsan declarabimus. Et cùm IX. externis potissimùm capi soleat vulgus, conducet, ad demulciendum multitudinem (rectè enim *Pla-*

to

to dixit', *imperare nihil aliud esse, quàm legitimè fallere plebem*) cui pecunia & vita pari passu ambulant, (si modò reliqua, quæ dicta sunt, probè observentur,) *odiosa Tributorum vocabula in mitiora aliquando convertere.* Veluti in Galliâ Rex *Carolus V. subventionis*, quàm *Tributi* aut indictionis, voce maluit uti. Nec absque successu, ut videre est ap. *Bernh. Girardum, T. II. lib. 17. f. 387.*
IX. Si Tributum *gravius* extraordinarium fuerit, *adquisito fine ejus ulterior cesset exactio, donec eam nova necessitas efflagitet*, nec ansa detur cum illô cive querendi, qui cùm extraordinarium imponi tributum, additis promissis, quòd non diu, sed interim tantùm, ad solvendum aliquod debitum, exigi debeat, perciperet, dicebat; Ach! Contribution und Gottes Barmhertzigkeit wehret biß in Ewigkeit. *Lassen.* in Fruchtbringenden Gespräch-spiel / *Colloq. III. p. 284.* Quæ verò supra §. 4. De non tollendis tributis monuimus, huc non pertinent,
sed

sed de ORDINARIIS, id est, ex primâ intentione non facilè tollendis aut abrogandis, intelligenda sunt.

§. 9. X. Ulteriùs, *ut omnes æquè solvant, prospiciendum est*, nec per bonam malamve gratiam hi subleventur, isti premantur. Commoda namque civium non divellenda, omnes eadem æquitate continendi sunt, *Cic. II. de Offic.*. ne condant divites decreta, & inopes solvant tributa, aut, si privilegia *ordinariorum* tributorum â certis personis exactioni obstent; *nobiles, clerici, ac magistratûs*, tempore necessitatis præcipuè, *persuadendi sunt*, *ut saltem aliquid* conferant, quò faciliùs plebs ipsorum sequatur exemplum & major colligatur pecuniæ summa, sed & ipsis Privilegiatis atque Exemtis, ut dicuntur, meliùs consulatur, cùm aliâs non absque causâ cum *Heremontanô p. 156.* verendum sit, *ne aliquando in modum Æsopici equi partem oneris recusantis, asinô succumbente ac pereunte, onus integrum, qui* Im-

Immunes esse volunt, perferre cogantur. Impetrabis verò, si modò *Primores cujusq; ordinis* tibi conciliaveris. *Extraordinariorum* autem Tributorum alia & dispar ratio, nec meritò quisquam facilè ab ipsorum solutione eximendus est. Quemadmodum rectissimè hoc observatum est à Principe ac Heröe incomparabili, Sereniss. scilicet ac Potentissimo ELECTORE BRANDENB. hodiè felicissimè, faxit DEUS, & diutissimè! imperante, FRIEDERICO WILHELMO, qui in Ordinatione suâ tributorum de consumtibilibus, in der Accise Ordnung der sämtl. Städte der Chur und Marck Brandenb. von 1. Jun. An. 1667. Tit. von Künstlern/ wohl conditionirten Handwerckern/ &c. § 6. expressis verbis omnem immunitatē á solvendô istô tributò der Accisen abrogavit, dum ita constituit: Sonsten soll von zahlung dieser Accise niemand/ Er sey wer Er wolle/ Er wohne in Bürglehnen/ Collegien/ Bischoffl. Frey-

Freyheusern / auf dem Werder / oder in andern Freyheiten / in den Vorstädten oder Kietzen / Er sey Geistl. von Adel / Hoff-oder Kriegs-Bedienter / hoch oder niedriger Beambter / oder in einiger andern Qualität / unter was prætext es auch sein möchte / Befreyet seyn / auch darwieder weder von uns / noch von sonsten jemand einige exemption oder Freyheit gegeben werden / und so deßgleichen etwann auß versehen geschehe / solches demnach von keinen Kräfften und Würde seyn / noch im geringsten attendiret werden / iedoch daß der Magistrat sich sonst über keine eximirte oder in freyen von ihnen nicht dependirenden Häusern und Ohrten einiger cognition nicht anmasse. Imò nec *Ecclesia* urgente necessitate debet immunis esse, sed de suô tunc contribuere & ipsa tenetur, *l. 5. C de SS. Eccles.* nec ulla Privilegiorum habenda est ratio, *l. 1. C. de Indict. Vid. Thomatus de Collectis §. exactus cit. ab Heremontanô p. 155.*

§. 10.

§. 10. XI. Imponendorum, monente laudatò Boxhorniò, *l. c. p. 157. n. 12*, imprimis captanda est occasio, *cùm res populo maximé placituræ geruntur*, quò enim gratior est finis, eò & onus, quod propter eum sufferendum est, faciliùs fertur, ut in *bellis Belgicis* videre fuit, quorum initiò Ordines volentibus subditis gravissima etiam onera imponebant, quia quisque omnibus se orbare ad conservandam libertatem malebat. Hæc ars itidem observata est ab *Augusto*, qui quoties victoriâ aliquâ potitus, toties oneris aliquid imposuit, ut onerum invidia publicâ lætitiâ leniretur. XII Quod ipsam *formam* seu *modum collectandi* tributa attinet, *Jure Civili* quidem, si tributnm non solvatur, pignora capi & distrahi jubentur, *l. cùm possess. §. 2. fin. ff. de Censib. l. 1. & 12. C. de cap. & distrah. pign.* Verùm absint, quantum licet, extrema illa, *ne boves ipsos, mox agros, postremò corpora servitio tradere subditi cogantur. Tacit; IV. Annal.*

nal. Unde illud in vulgari exigendi modô probandum, quòd paulatim & per partes, quæcunque ex præscriptô modô debent, subditi inferre teneantur, quô non parum eos sublevari certum est. *Dion. Lib. 52.* Sed forsan melior modus est, si certus singulis mensibus tributis colligendis constitueretur dies, quô ad hoc cōstitutæ personæ ostiatim à singulis familiis debitam tributi quotam exigerent, & Præfectis superioribus sacrario Principis inferendam statim exhiberent. Quemadmodum ferè ita observatur *in Gallia*, ubi ordinatæ sunt certæ personæ quæ exinde vocantur *collecteurs*, *vid.* Frantzös. Finantzen/ *p. 6.* Hàc etenim ratione non solùm faciliùs tributum colligi, sed numerus etiam tot variorum aliàs Præfectorum non parùm minui posset. Quorum aliàs multitudo nimia certè maximum Reip. damnum infert, cùm communiter ferè tributorum Præfecti superbissimè non tantùm amiciantur, sed & victu ac omni

omni cæterò apparatu appareant ambitiosissimi. Quia autem exiguum ipsis, (den gemeinen Steuer-Einnehmern und Steuer Schreibern) constitutum est salarium, vix sæpè decimam expensarum & sumtuum domesticorum partem adæquans, ut aliunde, licet vel maximo cinterdum & civium & Principis damnô, sibi compparent, necesse est. At enimverò hæc omnia dictò modô evitari poterunt optimè. Cæterùm plerasque omnes, quas hactenus adduximus, cautelas paucis complexus est *Seneca de Vitâ beatâ, c. 23.* quem, uti in omnibus suis dictis & verbis egregium singularis prudentiæ acumen ostendit, ita etiam hic exseruisse istud lector deprehendet.

§. II. Jam porrò *materiam* Tributorum sive *Objectum*, id est, res, quibus ea possunt imponi, quod attinet, *duo* videntur *genera* debere constitui. *Primum* quidem

quidem earum rerum, *ex quibus lucrum fructus vel quæstus percipiuntur*, Unde peti potest, (*Confer. hîc Suarez. Lib. 15. c. 16. 1.*) (I.) *Ex agris & fundis*, quod Tributum peculiari nomine *Jugatio*, Germ. Güter Steuer vocatur. Idque exigitur à prædiis vel *rusticis*, quæ censeri debent juxta reditus & fructus, (Unde æquum est, ob deteriorationem prædiorum, si qua, absque tamen possessorum culpâ, accidat, *l. 4. §. illam æquit ;. ff. de Censu, & ob sterilitatem l. 15. C. de omni agrò desertô*, relevari aliquando tributa.) vel *urbanis*, juxta pensiones, quæ percipiuntur ex domibus locatis, &c. Also auch Wasser-Wind-Roß und Korn-Mühlen/ Oliven/ Papier/ Bley/ Walck/ und Loh-Mühlen/ Schleifffotten/ nec non officinæ metallariæ, als Schmeltz und Hammer-Hüten/ Drat-und Stahl-Mühlen/ 2c. Quæ cætera in impositione hujus tributi prædiis inhærentis observanda, vide ap. *Dn. à* Seckendorff/ *P. III. Regali VIII. §. 5.*

§. 12.

§. 12. [l] Ex *hereditatibus testamentó delatis.* Et quidem si ipsi Testatores liberâ voluntate & amore erga Principem aut Remp. bonam famam per institutionem aut legationem non contemnendi secundum hereditatis relictæ proportionem quanti sibi comparare studerent, donationibus liberis magis, quâm Tributis, accenseri posset. (Quâ certè ratione Augustus 20. proximis ante mortem annis quater decies millies ex testamentis amicorum percepiti. *Tranquill. in Aug. c. ult.*) Verùm cùm rarò id ferè contingat, aut, si certè observetur, longè tamen inferius facultatibus testatorum donetur, melius fore censent nonnulli, si expressâ lege de legatis Principi seu Reip. relinquendis statuatur, non quidem sub *pœnâ irriti & nulli*, quod *Bornitius* suadet, exemplô Statuti in Hexapoli Lusatiæ, *Zittâ*, nec *denegatione honoris sepulturæ*, ut in Galliâ quondam factum, quem tamen morem Curia Pa-

siensis

ſienſis poſtea ſuſtulit *Reinking. de regim. ſæcul. R. Imp. Cl. I. c. 8.* Sed, ut mihi quidem videtur, commodiùs, ſi omiſſa fuerit inſtitutio aut legatio, *detractione certæ portionis*, puta *vigeſimæ, vel alius* pro diverſitate circumſtantiarum tum perſonarum tum rerum. Nam *quoad perſonas*, quæ heredes inſtitutæ, diſcernendum eſſet, non quidem cum Auguſtô inter notas Principi & ignotas, ſed (1) inter *cognatas* (& inter has juxta proximitatem graduum iterum) *atque extraneas*: [2] inter *cives & peregrinos* ſeu non cives. Quoad res autem inter *diverſas* hereditatum *quantitates*. Quod tributum cum ſequente non exiguam certè ſummam quotannis conficiet. Cæterùm ut morientes in caſibus, ubi ob defectum ſanguine junctorum ſuccedunt extranei, eò majorem Reip. & Eccleſiæ rationem habeant; multum conferre poſſunt ſacerdotes piis ſuis admonitionibus. Quâ in re Pontificii longè ſuperant Proteſtantes. Deñ

inquit

inquit *Hoffmannus in Lycurgô c. 103.* es bezeugens die Herrl. Stiffts-Kirchen und reich-verſehene Klöſter/ die nicht allein in vollſtändigem eſſe erhalten/ ſondern täglich verbeſſert und vermehret werden. Beyden Proteſtirenden aber wegen Mangel dergleichen Legaten/ ſo ad pias cauſas vermeint/ leyder alles in Abnehmen gerahten will. Dannenhero/ wenn durch Feuers-Brunſt Kirchen und Gottes-Häuſer ruiniret/ mögen dieſelben nicht wieder erhoben werden/ es habe denn vorhero ein Stand den andern mit collecturen beſchweret/ ꝛc. Sæpiùs itaque occaſione textûs oblatá concionatores doctrinam de Bonis operibus urgere & imprimis eorum præſtantiam, quæ exhibentur Eccleſiæ atque Reip. exornare deberent laudibus atque encomiis, ut ſic paulatim auditorum animi magis, quàm hodiè communiter, proh dolor! fieri videmus, ad ſtudium tum aliorum, tum iſtorum imprimis operum bonorum accenderentur, ac promtiores

tiores redderentur ad obſequendum admonitionibus de relinquendis Legatis tum Reip. tum Eccleſiæ. Nam nec hujus commodiùs poteſt haberi cura, quàm modô dictô. Verùm de curâ Eccleſiarum in ſpecie forſan aliô tempore, Deô volente, erit dicendi locus. *Præterea* poſſent etiam moribundi certis invitari & allici honoribus ad decernendum legata Reip. qui ipſos poſt fata impleta *publicâ ſummi magiſtratûs lege* ſequerentur. Puta ut e. g. illis ſolis poſt ſepulturam peractam campanæ denuò pulſarentur, vel certè longiùs, quàm ceteris; aut aliâ quacunque prærogativâ fruerentur præaliis.

§. 13 (II) *De hereditatibus ab inteſtatô relictis*, circa quas *idem* poſſet obſervari, quod olim *ab Auguſtô*, qui viceſimam hereditatum ad ærarium militare inſtituit ex iis, quæ cuique hereditate obveniſſent per teſtamentum, exceptis tamen vel ſanguine valdè junctis (liberis ſcil. & parentibus) vel admodùm

 paupe-

pauperibus, quos hôc onere liberavit, *Dio Lib. 55. in Actis an. 759. conf. Lipsium & Buleng. h. nec non Faust. Cl. 20. Conf. 53. ord. 1577.* Sunt quidem, quibus *iniquum* videtur de succedendi jure tributum aliquod exigere. Verùm sive juris positivi, sive naturalis aut Gentium *successionem* esse quis dixerit, (de quâ re valdè inter se rixantur Interpretes quamquam res distinctione componi posse videtur) sustinebitur tamen adhuc nihilominùs, tributi hujus æquitas, quia Leges municipales & consuetudines contra jus positivum induci & Juri G. aut Naturali detrahere & addere, licet non penitus id abrogare & tollere, possunt, *l. 7. ff. de J. & J. & Dd. hîc.* Cùm autem tributum hoc sit tolerabile & facile heredibus extraneis, domesticis verò grave, ideô, *inquit Plinius in suô Panegyr. Trajani,* illis irrogatum est, his remissum, *videl. quòd manifestum erat, quantô cum dolore laturi, vel potiùs non laturi, essent homines, destringi ali-*

aliquid & abradi bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorumque denique ſocietate meruiſſent, quæque nunquam ut aliena & ſperanda, ſed ut ſua ſemperque poſſeſſa, ac deinceps proximo cuique transmittenda, cepiſſent. Siquidem filii poſt mortem patris non tàm hereditatem percipere, quàm potiùs liberam bonorum, quorum jam antea quodammodo Domini, conſequi adminiſtrationem videntur, *l. 11. ff. de Lib. & poſthum.* Rationem autem in parentibus (quæ ſimul etiam ad liberos poteſt extendi) *Idem Plinius l.c.* reddit, cùm inquit: *Egregiè Cæſar, quôd lacrymas parentum vectigales eſſe non pateris, bona filii pater ſine diminutione poſſideat, nec ſocium hereditatis accipiat, qui non habet luctûs:* *Nemo recentem & attonitam orbitatem vocet, cogatque patrem, quid reliquerit filius, ſcire.* Et mox: *Dignum ergo, Imperator, manſuetudine tuâ, minuere orbitatis injurias, nec pati, quenquam filiô amiſsô inſuper affici aliô dolore, ſic quoque abundè miſera res eſt, pater filio*

solus heres quid si coheredem [non] à filiis accipiat? Adde, quòd, cùm D. Nerva sanxisset, ut in paternis bonis liberi necessitate vigesimæ solverentur, congruens erat, eandem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim posteris amplior honor, quàm majoribus, haberetur? Curvè non retrò recurrerit æquitas eadem? Dictis proinde observatis inter remedia, unde constitui possit ærarium publicum, etiam reductionē hujus *Legis vicesimariæ* Augusti connumerat *Textor in Tr. suo de verâ & variâ ratione Status German. c.16. p.549. qui videatur.*

§. 14. III. *De Legatis*, imitandò scil. abolitam istam L. Papiam *l.2. C. de infirmand. pœn. cœlib.* [quâ *decima pars* eorum, quæ in casu non existentium liberorum relinquebantur à virô uxori, vel è conversô, applicabatur Fisco.) posset certum, minus tamen meritò, quàm decima ista, detrahi; obser-
va-

vatis saltem illis, quæ §. præced. monuimus.

§. 15. IV. *De bonis eorum, qui ex civitate migrant*, vulgo der Abzug/ Quod tributum, *testante Gailiô Lib. 2. Observ. 36. n. 9.* Augustæ, Noribergæ, Spiræ & in aliis multis civitatibus constitutum est. *Conf. Coppen. in decis. Quæst. Illustr. P. I. quæst. II. & Jac. Andr. Crusium* in eruditissimò de hâc materiâ Tr. qui extat inter varia ipsius opuscula *Mindæ 1668.* edita. Cui tributo affine videtur alterū, dictum die Nachsteuer oder der Abschoß/ quod solvitur, ab iis, qui hereditates aut Legata in se translata ex locó, in quò vixit defunctus, aliò transportant. Et *apud Marchicos* quidem coguntur, ut quotidiana experientia, quam allegat *Scheplizius P. III. Tit. 8. §. 1. n. 5.* testatur, non solùm parentes, quando liberorum hereditates sibi vendicant, & illas de locô vel judiciò illô, in quô defunctus domicilium habuit, transportant, hanc gabellam solvere; sed etiam liberi de he-

hereditatibus parentum, sive aliquis dimidiam partem hereditatis, sive totam eam aliò transferat. Es ist aber der Abschoß von jedlichen märckischen Schocke (seynd 60. märckische Groschen) 4. derselben. Ideò constat, quòd à 75. RThal. qui apud nos constituũt 100. Fl. pendantur 5. Rthl. Conficiunt enim 16 Silber Groschen Meiß. in Marchiâ 1. Fl. & sic 3. Rth. constituunt 4. Fl. Mitiùs autem agere videntur *Saxones*, apud quos indemnitas ab istó Tributó Parentibus ac liberis conceditur. Quemadmodum non tantùm à *Lipsiensibus Scabinis*. sed etiam *à VVitteberg. Judicii Curialis Adsessoribus* sæpenumerò pronunciatum est, liberos & parentes ad solutionem Falcidiæ istius statutariæ compelli non posse. Ac, cùm aliquando hâc de re *VVitteberga* inter Academiam & Senatum oppidanum controversia existeret, ea tandem hôc modô diremta atque transacta est, ne Senatui oppidano sub hujus iniqui juris prætextu potestas esset quicquam detrahendi de heredita-

ti-

tibus parentum aut liberorum ad corpus Universitatis pertinentium, vel de bonis Professorum eorumque liberorum aliò domicilium conferentium. Quam transactionem El. Saxon. AUGUSTUS, felicissi. recordationis, anno 1560. approbavit & ratam habuit. Rauchbar. *Q. 15. n. 28. cum quô conf. Jacob. Curtium* T. 1. *Conject. Lib* 1. *c.* 51. *Bernit. de Ærar. Lib.* 5. *c.* 9. *Klock. de Vectigal. Lib.* 63. *Thoming. in Decis. Quæst. illustr. p.* 26. *n.* 38. Legistarum verò *de æquitate* hujus tributi scrupulosa anxietas nos planè non moratur, licet ejusmodi detractiones jure communi sustineri non posse existiment, & *Baldus l. ult. vers. quia C. de Edict. D. Hadr. toll.* dicat, malè facere eos, qui contrarium statuunt; contrariaque statuta iniqua, odiosa & exorbitantia nonnulli vocare non vereantur, præcipuè ob illam rationem, quòd ita pro peregrinis habeantur non modò cives Romani, sed illi etiam, qui unius Principis subditi sunt, sub diversis ta-

men curiis agunt, & adversus illos quoque rigorosum hoc jus exerceatur; D. *Joh. Tauth à* Rauchbar. *p. 15. n. 6. citatus*. Tamen rectè concludit *laudatus Rauchbarus*, nihil obstare, quò minùs exemplô vigesimæ legibus, vel moribus, aut speciali Principis indultu (multò magis ergo expressò mandatò) istæ detractiones, Abzug und Nach-Steuer/ concedi & indici possint. Salus enim publica privatorum commodo ubique præferenda, modò æquitatis limites non transsiliat. Æquitas autem hic constat *(1) ex gratitudine erga Remp.* aut civitatem, in quâ discessuri vixerunt, & cujus protectione fuerunt usi, (2) *ex damnô Reip.* quod istâ alienatione accipit, cùm publicè intersit, hominibus & rebus eam locupletatam esse. Unde etiam publicis Imperii Constitutionibus atque Recessibus eas detractiones confirmatas videmus, Reichs-Abschied an 1555 §. wol aber/ 2c. Cùm verò hoc jus etiam magistratus op-

oppidorum ac pagorum ſibi hodiè vendicent, poſſet Princeps diſcrimen conſtituere inter eos, qui migrant ex unâ civitate territorii in alteram, & illos, qui planè territorialem jurisdictionem egrediuntur. *Quoad* iſtos concederet aliquam penſionem, aſt exiguam, accipiendam magiſtratibus; *quoad hos* verò, gravius aliquantùm Tributum ſibi attribuendum conſtitueret. Modò & hìc leniùs agatur, quod æquitas ſuadet, cum liberis aut Parentibus ſuorum facultates auferentibus & proximioribus cognatis aliis, quàm cum perſonis extraneis.

16. V. *De Metallis.* Quæ collecta vulgò *Symbolum* oder Zubuß dicta à Præfectò Rationum, Schichtmeiſter / annuò tempore plerumque quater exigitur pro numerô mercenariorum, ut & partium metallicarum. De quô Tributó poſt *Conſtitutiones Metallicas* variorum Principum, imprimis *Saxonum & Brun-*

 ſwi-

swicensium, videri potest Klock. *de Contribut. c. 5. p. 160. n. 184.*

§. 17. VI. *De Quæstu Artificum & aliorum hominum* Gewerb-Steuer/Quod Tributum apud Romanos instituit Alex. Severus teste Lampridiô in ejus vitâ. Hîc verò ineat calculum Politicus, à quibus Collegiis opificum, & quantum, peti possit. Deprehenditur enim semper inter opificia unum alterô quæstuosius, ita, ut unum alterum tertiâ, quartâ &c. parte quæstus superet. Ut igitur exactè cognoscas, quantum quisque quotannis lucretur, utplurimum difficile est. Unde alicubi mercatores & opifices magnum suâ industriâ quæstum facientes, quantum quisque lucri quotannis capiat, juramentô profiteri coguntur. Sed tutius & rectiùs videtur hoc negotium committi indagationi magistratuum in singulis civitatibus, ut explorent, quantum opifices singuli ex quæstu suô manuariò suppeditare Reip. queant. Cùm vero

vero inter opifices magna tenuiorum reperiatur copia, poteſt etiam fieri Edictum, ut ſinguli Artifices in principiô, quô artem cœperint exercere, teneantur ſolvere aureum; unde non levis aut contemnenda pecuniæ ſumma pro amplitudine regionis quotannis confici poterit. Ne autem miſeri Opifices, qui aliàs ſat graviter onerantur ſolutione des Burger- und Meiſter-Rechts/ nimium premerentur, eſſet de utroque dimidium ejus, vel pro civitate impetrandâ integrum, detrahendum & Fiſco ſeu Ærario Principis applicandum. Quod idem obſervari poſſe videtur circa *mercatores*, qui, ut recipiantur in Collegium, magnam multis in locis pecuniæ ſummam in Fiſcum Collegii inferre coguntur. Horum verò facultates explorandi non tantus eſt labor, quàm miſerorum opificum. Ferê enim, qui ſaltem ultra infimorum conditionem pauliſper fortunâ evecti, luxu ac ſplendore ſuô in victu & amictu magni-

gnificò velle videntur, ut magnarum facultatū censeantur domini, quò in casu non imprudenter faciet Princeps, si congruò ipsorum splendori tributò opinionem de illorum divitiis confirmet, semper tamen personarum probè observatô discrimine, ne forsan, dum mercatorum, sæpè status ipsorum conditionem excedentem, ambitionem modicò tributò restringit, ipsam mercaturam pessundaturus magnô suò malô videatur. *Præcipuè* autem illi, qui absque ferè aliò quæstu *de solis reditibus* vivunt, non immunes essent relinquendi.

§. 18. Sequitur nunc ALTERUM genus imponendi Tributi, quod pertinet *ad coërcendum hominum malitiam*, adeoque ad res, quæ ad illam vel confirmandam vel promovendam faciunt. Hinc quàm plurimi Politicorum votis omnibus exoptant *judicarium vectigal*, Gerichts-Zoll oder Steuer / apud Romanos à *Caligula* introductum, ubi erat

qua-

quadragesima summæ, de quâ litigabatur, *Sueton. c. 40* & in *Galliis* quondam usitatum, quô aliquantùm litibus figi possint repagula, (quæ tanquam impetuosum quoddam mare hodiè universã Germaniã inundaturævidentur) & immortalibꝰ penè immortua litibus Resp. ut loquitur, *Adamus VVeberus. l. c.* ad concordiam revocetur, induci. Nam ut jam olim verè cecinit *Poëta*:

Ille brevi fiet miserô mendicior Iro
Tristia qui litis bella forensis amat,

Ita *hodiè* id quam frequentissimè accidere conspicimus, cùm conqueri cogimur; heu! malum seculi est, quòd odia & injuriæ foveantur, *& quemadmodum vis morborum pretia medentibus, sic fori labes pecuniam Advocatis ferat*, ut loquitur *Tacitus Lib. II. Annal.* Quod enim ad privatorum (ne quid hîc dicamus de publicis,) litium multitudinem attinet, res ipsa sese satis ostendit, nec in meridianò Sole mutuatitiò ullò lumine opus est. Seculum tantùm nostrum

ſtrum intuere, [*inquit Lipſius Cent. 1. Ep. 8. & cum eò Hippol. à Lapide in Præf. ſui Tr. de Ratione Statûs,*] quò noxæ integritas, contumeliæ pudor, ludibrio fides, *litigio eſt omnis contractus & actus.* Pauci enim ſunt, qui judicium *Ciceronis II. Offic.* attendunt, ubi dicit, non modò liberale eſſe, paululum nonnunquam de ſuò jure decedere, ſed interdum fructuoſum; Licet, ut Mediolani in lapide quodam marmoreò legi refert *Schepliziuս P. II. Tit. XI. n. 16. in cauſarum controverſiis corporales inimicitiæ oriantur, fiat amiſſio expenſarum, labor animi exerceatur, corpus quotidiè defatigetur, multa & inhoneſta crimina deinde conſequantur, bona & utilia opera poſtponantur, &, qui ſæpè credunt obtinere, frequentiùs occumbant, & ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis nihil adquirant.* Ut proinde meritò *Carolus V.* Imperator ille generoſiſſimus, cùm plurimæ de litibus ad eum delatæ eſſent querelæ, exclamaverit. *O quàm ille mihi gratus, & quàm am-*

amplis â me ornandus beneficiis erit, qui lites citò terminandi modum inveniet! VVeber. in Adam. Austr. Diss. III. p. 85. ex Vernulæò. Tali itaque rerum statu ac tempore, quô, ut scribit *Ventura de Valentiis, in suò Parthen. litig. Lib. II. c. 6.* & post eum *Berlichius Concl. Pract. P. 1. concl. 35. n. 193. seq.* pœna temerè litigantium in Institutis tantùm tractatur, raro in Praxi observatur, nullibi exacerbatur, & de Jure Canonicô planè nulla temerè litigantibus pœna constituta est; tàm *litigantes* ipsi, quàm eorum *Advocati & judices*, certò quodammodo à litium studiô ut absterreantur, (imprimis curandum est. Et quidem quod *ipsos litigantes* spectat, utile esset, neminem admitti ad Processum Ordinarium instituendum, nisi qui in primâ instantià, si actor sit, *ad minimum* unum thalerum, si verò reus, dimidium; in secunda verò duplum, (exceptis tantùm iis, qui paupertatis juramentum præstiterunt,) in Fiscum Principis intulerit, & præterea certam

pe-

pecuniæ ſummam apud judices depoſuerit; eam recuperaturus, ſi cauſam obtinuerit, amiſſurus, ſi perdiderit. Præcipuè ad injuriarum actiones non admittendi forent, niſi initiô actionis actor -- Thal. & reus -- Thal. ſolverit, qui reſtituantur à victo parti vincenti, Ita credo multos abſterritum iri à rixandi ac litigandi amore. Et, dum ſtatim initiò litis pecuniam deponere coguntur, minori indigebit judex labore, ut causâ amiſsâ mulctam accipiat, & causà obtentà interea lucro poterit eſſe Principi. Quod autem quantitatem *mulctæ* attinet, prudenti Principis arbitrio conſtituendam eam relinquimus. In *Marchia* ita in ſecundâ Inſtantiâ obſervatur: Wann in der Appellation Inſtanz befunden / daß zuvor wohl erkant und übel ſuppliciret / oder appelliret worden / ſo ſol der Supplicant oder Appellant 20. Fl. dem Cammer-Gerichte verfallen ſeyn. So aber der Supplicant ſo unvermöglich / daß Er die

20. Fl. Poen nicht erlegen künte/ der sol 6. Wochen mit dem Gefängniß im Thurm gestraffet werden/ Brandenb. Cammer-Gerichts Reform.

§. 19. Sed cùm maxima culpa protractarum litium, omnium confessione, sæpissimè in *Advocatorum* malitiá sit posita; ut hi ad meliorem frugem revocentur, unà videndum est. Quamvis enim officium ipsorum in se sit *maximè honorificum, laudabile, vitæq; hominum maximè necessarium*, quod vel imprimis Principalibus præmiis oportebat remunerari, *l. laudabiliter* C. *de Advoc. divers. judic.* Præstantissima enim advocati in Rep. præstant, &, ut Imperatores tradiderunt, *Advocati, qui dirimunt ambigua facta causarum, suæq; defensionis viribus in rebus sæpè publicis atq; privatis lapsa erigunt, fatigata reparant; non minùs provident humano generi, quàm si prœliis ac vulneribus patriam & parentes salvarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clipeis & tho-*

thorace nituntur, sed etiam Advocatos; Militant namq; patroni causaurum, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt, l. advocati 14. eod. Quamvis etiam Advocati promissionem ac spem habeant, quòd juxta *Dan. 12.* si ad dilucidationem justitiæ, & non ad subversionem veritatis, suum exerceant judicium, *Magon. de rectà Patrocin. rat. l. 1. c. 6. n. 18.* in alterâ vitâ splenditũri sint qs. stellæ & splendor firmamenti in perpetuum, *c. super specula 5. X. de Magistris.* Tamen cùm, ut omnium rerum abusus est, tot, prohdolor! contrà reperiantur mali atque iniqui inter ipsos impostores, ut horum ferè decem probo uni possent opponi, scribit *Auctor Tractatûs* von Ursachen deß Geldmangels in Deutschland/ *caus. 6. p. 322 seqq.* daß es kein Wunder wäre/ wenn der Nahme Advocatus, gleich als die vorhero in guttem Verstande außgesprochene Wörter/ *tyrannus, fur latro*, etlicher übelen Anmassungen in

in einen Mißbrauch käme / so auch vielleicht schon geschehen / wenn nicht derselbe und daß damit bedeutete recht gebrauchte Ampt so hoch / nützlich / nothwendig und Edel wäre / auch ehrliebende / gewissenhaffte und rechts verständige Leute es bey seiner Würde und rechtem Gebrauch erhielten. Ut itaque, quod omnes boni conceptis votis vehementer exoptant, Princeps *pessimos istos corruptores justitiæ & nefanda ordinis Advocatorum nobilissimi ac utilissimi dehonestamenta atque dedecora* cognoscat paulò accuratiùs & de *rabularum* istorum à rabie scil. ipsis quasi propriâ, dictorum compescendâ improbissimâ malitiâ seriò tandem cogitet, (Nulli enim huic malo & fori quasi tabi, judiciorumque & Reip. pesti, meliùs & rectiùs mederi poterunt, quàm Principes, & qui Reip. clavum atque gubernacula tenent, *monente* Cl. *illô* JCTô, *Rauchbar. in Dedic. suarum Qq. ad Nobiliss. Schulenburgios.*) vivis coloribus ab Auctoribus passim depi-

depictos & adumbratos in publicum conspectum *primò* producemus, & *deinceps* de remediis, quibus possint melioris effici frugis, dispiciemus.

§ 20. Cum autem tàm versipelle, πολύτροπον monstrosum & plus quam Chimæreum sit animal Advocatus improbus, ut in plures, quàm Polypus aut Chamæleon, formas atque figuras se possit convertere, tanquam *æquivoci aut entis alicujus mixti aggregativi per accidens*, non unâ descriptione naturam illius exprimere sciverunt. Unde istiusmodi nequam Advocati ab aliis describuntur Leute/ die da geschmierte Kleider außwendig mit demühtiger Schaffs-Wolle/ inwendig aber mit zu sich reissenden Wolffsheuten gefüttert antragen/ *Abele* seltzame Gerichtshändel *cas. 76. p. 4. 66.* cumque sæpiùs in ipsis pessimè refrigescere constet ardorem justitiæ, (quò affectu plus, quàm alius quisquam, sæpissimè ac vehementissime laborare dicuntur,) accuratiores natu-

turæ ipsorum perscrutatoret sequens præscribunt adhibendum sudatorium.

Weñ dir das Recht ist worden schlecht.
Wil halben theils erkalten /
Schmirali Rauch alsbald gebrauch /
So ist es zu erhalten.

Idque remedium, tanquam tum in Advocatis tum in judicibus à multis cum fructu probatissimũ, in miserorum clientũ gratiã meritò adscribere debuim9. Non nemo ipsos *Harpyas* esse putat, mit welchen die armen Clienten mehr geplaget / als vor dessen die Egypter mit allen ihren Plagen. Alii cum Apulejò *vultures* eos vocant *togatos*, quemadmodum Cic. *Gabinium* & *Pisonem*, qui preciô omnia nundinarentur, ac ad se raperent, *vulturios paludatos* nominavit. Comparantur item à quibusdam mit den Hogges Pogges spielern auß der Gäuckel Taschen / *Abele cas. 60. p. 368.* ob Legum scil. præstigias, quibus ad stuporem usque oculos & aures judicum obfascinare posse creduntur, in dem sie

mit

mit ihren mancherley glossiren / distinguiren / interpretiren / perturbiren / negiren / commentiren / cavilliren / tergiversiren / disputiren / und andern Sophistischen Possen und gleichsam von dem Hockes und Pockes zu zeiten wunderlich / (geschwinde wie der Wind /) entlehneten Grieffen und Räncken über die massen wol umbzugehn wissen / *Id. cas. 76. p. 468.* Nonnulli eos adsimilant *veteratoribus*, mit den Altreissern nnd Beltzflickern / weil sie die baufälligen und durchlöcherte Sachen meisterlich bemänteln und ergäntzen können. Quô etiam præstantissimos artis sartoriæ magistros dicuntur antecellere. Es ist fast wunder / daß sie von den Schneidern der Kunst halber nicht in ihre Zunfft mit aufgenommen werden. Sed omnium ferè iniquissimus esse videtur *Lassenius* in miseros istos rabulas, qui eos appellat, Menschen Igel / und lebendige Todte Höllen Hunde / Schatten Menschl. Leibes / ja rechte *carcinomata Rerump.* im Fruchtbrin-

bringenden Gespräch spiel / *colloqu. III. p. 215.* Mitiorem non nihil ipsis se præbet *Garzonius*, im Schauplatz der Welt/ *Disc. 5. p. 117.* qui eos Zungendrescher appellitat, (als die der Zungen an statt deß Flegels gebrauchen/ denn also können sie noch nebenst andern Epitaphiis eine bunte Reihe zu machen gar artig zum Zierath in die Scheunen lociret werden.) Item: leichte Doctorellen / die man mit dutzeten / wie die Nürnbergischen Taschen Messer / verkauffen möchte / welche selten ein Hauß mit 2. Stockwercken bauen/ und bleiben allezeit wegen ihrer Unwissenheit im niedrigen Gemach. Köche/ die zwar viel Worte/ viel Brühe/ aber wenig Fleisch zu Marckte bringen / schlecht und recht (einfältig und grob genug) in ihrer Practic/ handeln mit den Diebsfängern / Scharffrichtern / Stricken / Schnellen und Galgen / wie die Medicastri mit dem Urin und Cristir Pfeiffen / können auch treflich wol castriren/ denn wenn ihren ein feister Bauers-

Mann

Mann zu seinem Unglücke einsitzet / so können sie ihm den Beutel viel statlicher räumen / als der beste Galgenleichter / so im gantzen Lande seyn möchte / ꝛc. Doppia in literis ex carere suo datis, quibus Advocatorum expetebat intercessiones, eos compellabat: Geliebteste Verkäuffer allerhand Chimæren / Gedichten / Fabeln und Betrügen / allerangenehmste und süsseste Verfälscher der Warheit und Gerechtigkeit / hochgeehrte Beschützer und Verthädiger der Lügen und Falschheit / der Buben und Schelmen Stücken / ꝛc. Et mox: Wofern ihr iemals in dieser Welt die Gerechtigkeit umbzustossen und unterzudrucken / die Richter zu verleiten / und zu betrügen / die billigkeit zu hintergehen / mit euren glasirten und unverschämten Angesichtern und mit eurem Geheul und Geschrey / als ob Ihr unsinnig und vom Teuffel besässen wäret / welches euer gewöhnlich Studium und euerer profession erstes Element und Anfang ist, Betrug und Lügen zu pflantzen euch

euch bemühet habt/so ist von nöhten/ daß Ihr solches dießmahl thut. *La Doppia Impiccata p. 238.* Propriis autem porrô verbis & absque figuris technas ac fraudes rabularum exposuit laudatus JCTus, *Rauchbar, in cit. præfat.* dum *sordidum, maledicum & venale* dicit *genus rabularum, qui citra omnem delectum quarumcunque causarum defensionem & propugnationem suscipiunt, concordiæ, pacis, & transactionum osores, inimici, & Dissuasores, litium verò & jurgiorum auctores, impulsores & approbatores, qui interdum optimas causas per imperitiam & malè agendô depravant, improbarum autem & injustarum litium prosecutione infelices clientulos suos maximô ut plurimum detrimentô afficiunt, & non raro ad summam egestatem & inopiam perducunt, ac judicem quoque ipsum quandoque scurrili & mendaci suâ dicacitate fallunt & circum veniunt, eoq; nomine plus damni Reip. dant, quàm si pretiô eundem corrumperent, cùm teste Cic. pecuniâ prudentiam corrumpere*

H *nemo*

nemo possit, dicendò possit. Ut verò adhuc apertiùs eorum cognoscatur vafrities, conferendus insuper *Hofmannus*, qui in *Lycurgo suô p. 36.* ita loquitur: *Post tantos labores, tantasq; moras, sumtuum & molestiarum interventum, Processus instar fili undique latè fumosi nectitur & educitur, ut, quod horâ unâ optimè componi posset litigium, de eô anni plures consumantur pessimè. Magn. Pegel. in Thes. rer. Select. 4 10.* Utuntur quoque frequentiùs, & communiùs *simulatione & dissimulatione*, construunt etiam strategemata forensia Juristen Possen/ quasi licita essent in bellis. Cùm litis contestatio nihil aliud sit, quàm prælium civile, ergo in illis argutias, deceptiones, dolos, mendacia & perjuria licita esse opinantnr. *Parthen. litig. Lib. 1. c. 10. n. 31. 32.* Nam quærunt ac inquirunt, &, ut inde aliquid lucri capiant, decipiunt, lites procrastinant, literas obliterant, sigilla sugillant. Hoc nisi liceat, dicere solet illa rabies: So

möchte

möchte wol der Teuffel ein Jurist seyn. *Auctor* vom Justitien Werck / *p. m.* 94. Hinc *Fried.* III. de istis verè dixit: Sie seind Stieff-Väter und nicht die rechten Erben der Rechte / denn sie nehmen ihnen den Grund der Warheit / und bringen durch ihren unordentlichen Geitz daß Recht zu solchem Unglauben / daß kein frommer Mann sein Vertrauen darein setzen kan. *Goldast.* in Reichs Satzungen *p. 164.* Plura Rabularum Elogia *vide ap. Schœnborn. Polit. Lib. III. c. 12. p. m. 266. Ferrarium, Consiliarium quondam Hassiacum præclarum, in eleganti libellò de Rep. benè instituenda, c. 2. p. m. 16. seqq. Franc. Patricium de Institut. Reip. Lib. II. Tit. 4. p. m. 76.*

§. 21. *Remedia* itaque ipsos in ordinem redigendi & scelestam ipsorum malitiam supprimendi varia placuerunt variis. Veteres Rom. Imperatores *infamiâ* istiusmodi prævaricatores notarunt, *l. 4. §. 4. ff. de his qui not. inf.* Et quamvis existimare possis, hodiè, qui

 Chri-

Christianum profitentur nomen, meliùs suæ consulturos esse conscientiæ promovendō justitiam & evertendò injustum, (peccat namque in Sp.S. ut scribit *Jacob. Benius in Tr. de Privileg. Dd. Priv. 71. n. 32.* qui scienter defendit lites injustas, adeoque manet ipsum terribilis exspectatio judicis & ignis æmulatio, quæ consumtura est hujusmodi contravertentes, *Ebr. 10. v. 26. 27.*) tamen hoc non obstante tanta hodiénum improborum est frequentia, ut peculiarem de ipsis constituere legem opus habuerit Gloriosissimus Imperator Carolus V. qui in *Const. suâ Criminali art. 115.* dignos habuit, daß sie an Pranger und Hals-Eisen gestellet/mit Ruthen außgehauen / und deß Landes verwiesen werden. Cumque frequentissimum sit *Rabulis*, ubi momentis causarum non possunt, injuriis se invicem impetere, contra expressam legem, *6. §. 1. C. de postulando*, vult *S. Bernhardus*, si quidem in scriptis convitientur, *manus*, si

autem

autem ore maledicant, *lingvas ipsis præscindi*, *Lib. 11. Consid. ad Eugen.* Planè autem è Rep. ejiciendos esse suadet *Lycurg9 Pisani p. 3.* cui multi adstipulantur alii, qui ad diminuendum litium frequentiam utile judicant, quoad Advocatos imitari *Helvetios Scotos, Svecos, Turcos, Anglos, &c.* & inter ita sententes etiam numeratur famosus ille *Hippolytus à Lapide*, qui legem Imperialem de amovendis Advocatis reduci ardenter exoptat, *in præf. sui Tr. de Rat. Stat.* cùm sine causidicis & Legistis ejusmodi satis felices olim fuerint, futuræque sint urbes ac Resp. ut *Columella* olim scripsit, *Lib. 1. de Re Rust.* Nam ubi desunt Advocati, ibi causæ & litigia deerunt, ubi verò Advocatorum turba strepit, ibi litium anfractibus tota civitas ardebit, inquit *Joh. Bapt. Magon. de rectâ Patroc. ratione P. 1. c. 2. n 9.* Unde Imp. Ferdinandum Advocatos non misisse in Indiam, ne litium semina mitterentur, refert *Bodin. V, de Rep. 1.* Melius longè

remedium, modò eventus responderet consilio, præscribit celebris hodiè Chymista ille, *Glauberus*, qui juxta tritum laudatur ab his culpatur ab illis, & de cujus Processibus quid statuendum sit, Chymici certant & adhuc sub judice lis est, dum *menstruum suum universale* ipsis inspiciendum ac considerandum commendat, daß sie sich dabei erinnern / weñ sie auß Gunst das Recht wenden und krümmen / wohin sie es selber haben wollen / den Gerechten verurtheilen / und dem Bösen die Hand bitten / und ihnen durch helffen / daß noch ein anderer Richter sey / welcher keine Geschencke nimmt noch Ansehen der Person hat / sondern einmahl plötzlich koñen / und aller Menschen Thaten examiniren und nach seiner Gerechtigkeit ein Urtheil und unwiederrufflichen Sentenz fällen werde / *in Tr. de Virtutib. menstrui universalis p. 134.* Novus quidam Scriptor, qui horridâ quadam metathesi *Relfendso* audire vult, non inutile esse judicat Reip. si

Advocati,

Advocati, priusquam clientibus patrocininm præberent, nomen suum coram judice profiterentur, quò judex inquirere possit, an his tribus requisitis, (facultate scil. benevolentiâ & virtute,) instructi sint, nec ne. Nec minùs votis expetendum censet, ut saluberrima illa *Lex Cincia* è cineribus quasi revocetur, ne quis ob causam orandam pecuniam donùmve accipiat; *referente Tacitô in Lib. II. Annal. c. 5.* Ne tamen Advocati frustrâ laborare cogantur, Fiscum in Rep. constituendum dicit, in quem pro qualitate causæ partes litigantes deberent dare certam pecuniæ summam, quæ deinde inter Advocatos pro qualitate laborum esset distribuenda. Aut, si hoc nimis molestum esse videretur, certum quoddam salarium á Principe Advocatis dandum suadet, pecuniam verò à partibus litigantibus Processui destinatam in Fiscum Principis redigendam. Hòc modô enim nec Principem, nec Advocatum,

nec Remp. ullum ſenſuros eſſe incommodum putat, *de Summâ Princip. Germ. poteſtate c. 8. p. 131.* Verùm enim verò omnes iſti, quos adduximus, auctores vel excedendò vel deficiendò in juſtà mediorum qualitate determinandâ peccare videntur. *Infamia* namque, & ſi pœna ſatis gravis ſit, & viro honeſto ipsâ morte durior, tamen illi hodiè ſunt mores, ut, optimis licet rogatis legibus, nullus tamen propè illarum ſit uſus, nullus reſpectus, nulla obſervantia; unde, cùm videant, infamiam lege tantûm notari, ſublatis illis, qui aliàs infamiam ſeqvuntur, effectibus, parum improbi homines pœnam iſtam deprehenduntur metuere. *Fuſtigatio* & *deportatio* nudâ infamiâ adhuc quidem accerbiores ſunt, ſed *partim* ne tàm infamis animadverſio cæteris innoxiis *nobiliſſimi Advocatorum Ordinis* ad quem, ſummâ licet injuriâ, ſe rabulæ quoque iſti profitentur, membris vergat contemtui, *partim*, quòd difficillimè,

cùm,

cùm, (ut ſecretiores alias rationes nunc taceam,) ordinariâ juris viâ, quæ plerumque ob varios anfractus longiſſima ac tædioſisſima, ad condemnationem perducendi ſint, posſit dari effectui; vix ac ne vix quidem unquam, niſi fortè in miſerrimó unò vel alterô ſociô, obſervatam eſſe conſtat. Bernhardi pœna, *præciſio ſcil, linguarum*, 'ut omnium prope pœnarum acerbisſima tollit potisſimum confitendi peccata & laudandi ac glorificandi majeſtatem divinam inſtrumentum; Ita vel nunquam, certé non in Advocatis, ubi ſpes aliqua emendationis futuræ concipi poteſt, adhibenda videtur. Glauberi *univerſali menſtruo*, uti multi multas, quaſi falsô ipſi aſcriptas, virtutes abnegant, ita tantam vim magicam ad emendandum Advocatos & invertendũ rabularum naturam ineſſe nullô hactenus demonſtratum eſt exemplô. Ecquomodo enim inventum aliquod Chymicum eos convertat, quos á ma-
 litiâ

litiâ nec ipse infern9 deterret? Relfendſo consilium de introducendâ *professione Advocatorum apud judicem*, in se quidem optimum non rejicio, ſed profesſionem & inquiſitionem in ipſorum eruditionem ac mores jam dudum Principalibus Conſtitutionibus mandatam potiùs quàm maximè commendo, (Poſſunt enim hâc ratione, niſi judices corruptô utantur judiciô, multi ignorantiæ fratres, qui ob ſocordiam & inſcitiam ad quod vis aliud honeſtum vitæ genus inidonei, aliis Patrocinandi munus tanquam ultimum, etiam perditisſimorum Bancorottorum, ſuperborum aut perditorum mechanicorum, aliorumq;, abjectæ etiam ſortis, hominum, modò callida quadam alios mendaciis fraudibus ac dolis decipiendi polleant nequitiâ, refugium reſpiciunt, removeri quâm optimè.) *Legem* etiam *Cinciam* approbo omninó, nec in ipsâ quidquam, niſi executionem, deſidero. Exiſtimat autem Relfendſo ita illam poſſe

poſſe obtineri, ſi aut Fiſcus aliquis communis pro Advocatis erigatur, aut certum ipſis ſalarium conſtituatur. Sed, ne quid dicam de amborum iſtorum modorum difficultate ſimul atque moleſtiâ, nondum tamen poſſum perſpicere, quomodo iſtis modis malitia & δωροφαγια Advocatorū poſſit compeſci. Quod enim ita prohiberetur fieri publicè, in poſterum futurum eſſet clanculum atque privatim, unde propè majora, quàm hactenus, incommoda eſſent metuenda. Quapropter alii Politici, incurabilem eſſe iſtum Advocatorum morbum credentes, ut Princeps ſaltem aliquod inde ſentiat commodum, videndum putarunt, & vectigal ſeu tributum judiciarium à Caligulâ inſtitutum & in Galliâ olim uſitatum denuò introduci ac ipſis etiam Advocatis imponi optarunt. Novi quidem etiam, aliquos enumerare varios caſus, in quibus mulcta ab Advocatis in judiciô exigenda ſit, quique videri poſſunt

 apud

apud *Obrechtum in Secretis Politicis p.57. seqq.* Sed certius atque felicius profectò huic malo posset remedium adhiberi, si omnes Advocati aliis patrocinaturi cogerentur *certam pecuniæ summam, perinde ac clientes, in judiciô deponere*, ubi locorum Advocatiam suam exercere intendunt, quam statim amitterent, quamprimùm vel semel de causâ sibi manifestò injustâ susceptâ fuerint convicti. Quomodo verò hæc ratio magnô cum emolumentô ac fructu *universæ Reip. Principis item, magistratuum, singulorum clientum & ipsorum proborum religiosorum ac doctorum Advocatorum*, qui, ut tales, auro contrà habendi sunt, possit expediri, alii tempori & occasioni exponendum reservamus, nec hìc propalare nunc lubet. Nam, ut *Catharina Medicæa* dicere solebat, crabrones non nisi benè velatâ facie irritandi sunt.

§. 22. Et quæ de Advocatis hactenus disseruimus, *utiliter* quoque possunt applicari *Notariis.* Quamvis enim & ipsi

ipsi honestatis deberēt esse studiosissimi, & videre, ut dignos sese singuli præstarent laudibus, quas ipsis attribuunt *D. Gvilielmus de la Rüille lib.3. de Justitiâ & Injustitiâ, Udalr. Zasius ff, Tit. de Orig. Juris, aliique*, tamen cùm hodie pessimô Palatinorum Comitum more, testibus *Ventura de Valentiis in suo Parthen. litig. lib.1. c.9. & Hosm. in Licurgô, p. 69.* deferatur ea dignitas etiam personis vilibus & indignis, quibus portæ dignitatis patere non deberent, Juxta *c. 11. X. de Excess. Prælat. c. infamib. X. de R. J. in 6.* plerique vulgarium Notariorum non tantùm insigni pollent *inscitiâ*, nec multum cedunt illi bono socio, qui, cùm Notarius esset creandus, ad Palatinum: Ich bitte/ der Herr wolle mich nur in Germaniâ examiniren, (wolte sagen Germanicè, vel in Germanicâ linguâ) cui autem Palatinus: Wir wollen auch eurentwegen nicht in Franckreich reisen/ *Lassen. colloqu.3.p.227.* Frequentissimè id propter videas ipsos ponere clausulas

&

& verba extra materiam, quæ intentioni contrahentium postea magis nociva, quâm proficua, deprehenduntur, quorum imprudentiā graviter taxat *Roland. à Valle Cons. 54. n. 26.* dicendô, *quod illorum imperitia totum mundum destruat, & conscientias bonorum virorum in magna pericula conjiciat,* quod idem fatetur *Anton. Faber Lib. 7. Tit. 7. def. 16.* Sed & *malitia* præterea multorum non est exigua. Vides enim quotidiè, inquit *Casp. Glock. cons. 35. n. 201.* quòd nonnulli Notariorum scribunt testes jurasse, qui injurati deposuerunt, nonnulli secreta Processus nondum publicati evulgant, nonnulli mille alia litium protrahendarum vafrimenta noverunt & cognoverunt, &, quòd si per Notarios commissiones expediantur, magna sequitur pernicies fortunarum, dignitatum, honorum, imò & vitæ ipsius jactura. Denn diese nicht Notarii, sondern Notorii, oder öffentliche Nota benè oder NRmacher haben viel ein andere Nomenclatura der

Wörter /

Wörter/ als sonsten: Ihre Testamenta heissen detestanda; instrumenta tormenta; documenta nocumenta; vidimiren dividiren; extrahiren schinden; concipiren detrahiren; collationiren decolliren; abcopiren köpffen; registriren Ohr abschneiden/ rc. scribit *Abele* in seinen seltzamen Gerichts-Händeln/ *P. II. cas. 144. p. 344.* Horum itaq; idem, qui Advocatorum, emendandorum est modus.

§. 73. Restant denique *judices*, (quos incorruptos esse nec in decidendis caussis aliud, quàm justitiam & rei veritatem præ oculis habere debere, apud illos, qui *Justitiæ Sacerdotes* verè vocari volunt, dictum est frequens, inquit *Fellerus Polit. sceler. p. m. 299.*] hi si juramentum, quod initió muneris communiter præstare tenentur, & ipsius transgressionis pœnam accuratiùs attenderent, cùm Deus inquit per Prophetam, *væ illi, qui justificat impium, & condemnat justū propter munera!* uterque enim abomina-

tio

tio eſt coram Deò, plurimæ certè lites breviori temporis ſpatiò finirentur; aſt quæ, proh dolor! hominum eſt iniquitas, non minùs hodiè, quàm olim, veri ſunt rythmi iſti Germanici:

Beſſer iſt Gunſt in judice,
Als Recht und Geſetz in Codice,
Haſt du einen Handel modice,
Mit Gaab erſchein magnificè,
So wird bald honorificè
Dein Sach'/und bleibt nicht modicè.

Denn es hat mancher einen gantzen Sack voll Recht/ wenn aber die Beylagen ermangeln/ ſo kan man halt den Proceß nicht collationiren *Abele l. c. P. I. caſ. 15. p. 68.* Nulli ferè, aut certè paucisſimi, reperiuntur, qui Samueli ſint ſimiles, de quò Sacræ Paginæ teſtantur, quòd ſub abdicatione muneris ſui, erectâ fronte, conſcientiæ bonitati confiſus, gloriari coram universô Iſraëliticô Populô potuerit: *Ecce me! teſtificamini contra me coram Jehòvah & coram unctò ejus, cujus bovem acceperim, aut cujus aſinum acceperim*

acceperim, aut quem fraudaverim, aut quem concusserim, aut è cujus manu redemtionis pretium, ut abderem oculos meos propter illud, & reddam vobis. Cui Populus respondit: *Non fraudasti nos, non concussisti nos, neque accepisti quidquam de manu ullius. 1. Sam. 12. vers. 5.* Cum verò Rex seu Princeps debeat accuratè curare, ut nec opulenti injustum aliquid patiantur, nec plebs contumeliam accipiat; *ut dicit Aristot. V. Polit. 10.*

Τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες οὕνεκεν ἄλλοις
Βλαπτομένοις, ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι

Hôc (enim) *unô reges olim sunt fine creati,*
Dicere jus læsis, injustaque tollere facta,

videat quàm potest diligentissimè, ut nihil in penatibus inferiorum judicum & magistratuū venale sit aut ambitioni pervium, *Tacit. 13. Annal.* ne inauditi atque indefensi, tanquam nocentes, pereant; *D. Histor. 1.* sed Leges præscriptę observentur accuratissimè, quia ἐν τοῖς νόμοις

ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως, in transgressores autem judices severissimè animadvertat. Injusti verò judices audiant, monente *Besoldô Axiom. de Consil. Polit. c. 11. n. 14.* ipsum Jehovam & ad frugem redeant: cùm *Principes tui*, inquit, *contumaces & socii furum: Unusquisq; amat munus, & sectatur retributiones, pupillo non dicunt jus, & causa viduæ non pervenit ad eos: Propterea dictum Domini Jehovæ exercituum, robusti Dei Israëlis: Eheu! consolationem capiam de hostibus meis, & ultionem sumam de inimicis meis: Nam referam manum meam contra te, ut defæcans scorias tuas justæ puritati restituam te. Et amovebo totum stannum tuum: Restituamque judices tuos sicut primùm, & consiliarios tuos, sicut principiò, postmodùm vocaberis civitas justa, urbs fidelis. Es. 1. v. 23. 24. seqq.* Et alibi dicit Jehovah: *Primores munere judicant, sacerdotes pretiò docent, & Prophetæ pecuniâ divinant, intereâ Jehovæ nituntur dicendô: Annon Jehova in mediô nostri est? Non superveniet nobis malum.* Id-

circo

circo vestra causa, Zion, ut ager arabitur; & Jerusalaima in acervos abibunt & mons ipsius domus in excelsa sylvosa. Mich. 3. v. 11. Cæterùm non immeritò conqueri mihi videtur *Relfendsc ille Heromontanus* C. 24. de nimiâ Principum in concedendo quibusvis municipiis potestatem gladii facilitate, cùm inquit: *Quoniam verò difficillimi negotii res est merum Imperium, seu potestas irrogandi pœnas, nescio an Principatibus Germ. conducat, ejusdem exercitium Civitatibus municipalibus relinquere: In plerisque enim municipiis ex sutrinâ, fabricâ, aliisque Officinis mechanicis, Judicium Criminale formari videmus, quibus tâm bonô consiliô jus gladii, quàm pueris ferrum acutum, traditur.* (Certè maximè noxium deprehenditur civibus Germaniæ, quôd in plerisque urbibus ac oppidis tot insipidi atque insulsi Senatores paucis cæteris prudentioribus admixti inveniantur, qui neque de negotiis & causis civilibus neque criminalibus, quidque circa eas juris sit, tantum intelligunt,

quantum

quantum ego de linguâ Americanâ, quam nunquam didici, unde quot indies absurda in administratione regiminis atque justitiæ ab iis imprudentissimè sæpè, aliquando etiam pessimè, committantur, quotidianâ monstrante experientiâ nemini non notum est.) *Quam periculosum itaque sit imperium, & ex eo jus vitæ necisque artis imperandi ignaris committere, exempla antiqua & recentia nobis affatim loquuntur. Plerumque enim illi, postquam fur de furcâ pèr aliquot pependit dies, in facti solent inquirere veritatem. De illis autem municipiis, ubi copia doctorum Senatorum & judicum haberi potest,* [quemadmodum e. g. in Misniâ tum in aliis multis urbibus, tum *Lipsiæ* imprimis,) *nihil dico, illisque sua jura & jurisdictionalia justè quæsita benéque administrata minimè invideo.* Imò non damno tantùm, verùm etiam magno civitatibus vergit dedecori, istiusmodi imprudentes Senatores eligere. *Quid enim turpius* ait Cicero de Orat: *quàm civilium*

lium controversiarum cognitionem suscipere eum, qui est Legum & Juris Civilis ignarus? Et quàm ridiculè, *inquit laudat9 Relfendso p. 748.* illiterati & indocti Consules in pronunciandis & exequendis sententiis se hodie gerant, vix dici potest. Ne tamē reliquorum Senatorum sæpê *ultra malleum vel acum vix sapientium*, in reb. Civilibus inscitia & fœda ignorantia in vulgus prodeat, plerique oppidani Senatores Apollini suis in Curiis sedem denegant, unice allaborantes, ut ibid. non sint, nisi lapides supra lapides, & ligna super ligna. Quomodo itaque Princeps huic malo possit ire obviam magno sibi & subditis commodo, præsertim *constitutione Syndicorum*, hîc expedire non opus est, sed alii occasioni reservamus.

§. 24. Porro ad coërcendum hominum malitiam etiam huc pertinent tributa, quæ indici possunt, (1) *Chartis aleis & taxillis lusoriis*, quò difficilior fiat ludendi occasio hominibus, prout in *Hispania*

ſpania & *Neapoli* ingentem inde ſummam Rex quotannis conficere dicitur. Tot enim ex ludis naſcuntur crimina, quot ſunt in taxillis puncta aut notulæ luſoriis in chartis, eosdemque rixæ, jurgia, blaſphemæ; ſequuntur. Denn es ſpielen ſich eher 10. arm/ als einer reich/ & vir peſſimus ferè aleator optimus. Vide omninò de damnis aleatorum & Legibus in ipſos ſtatutis eleganter diſſerentem Franc. Patritium *de Inſtit. Rep. Lib. 3. Tit. 10. p. 196. ſeqq.* Conduceret autē hoc tributum ſolvi ab emtore potiùs quàm à venditore. Rationes, quibus dari poſſit effectui, ſagacitati aliorum relinquimus. (2) *Conviviis*, ſi ea magnificè & cum pompâ inſtituantur. Minus opipara enim facilè poſſunt tolerari in civitate; at ſi faſtus in illis conſpiciendus & multi faciendi ſunt ſumtus, tunc non impunè, nec niſi certâ pecuniæ ſummulâ ſolutâ ea concedenda ſunt, quò faciliùs ab iis abſtinere homines adſveſcant. Olim viris pru-

prudentibus usitatum erat, ut non tàm mensæ, quàm animæ, delicias, neque sic cibos, ut acroamata, sermones, colloquia in conviviis sectarentur, ut ostendit *Ampliss. Dn. Bœclerus Progr. Academ. 26 p. 133.* At hodiè, quemadmodum in multis aliis, multum à veterum frugalitate dilabimur. In des Raths und Alten Stadt Magdeb. Ordnung aller Ehebruche/Gelöffte/Werthschap und Kleidung/ an. 1544. Tit. Wu man Spisen schall/ ita constituitū: **Man schal ock tho iglicher Maltydt nicht mehr dann dry Gerichte/ ane Dath Moes odder Ryhß eenfeldych und nicht dubbelte Ethenspysen/ by poene dryer Rynische Güllden. Edt wäre dann/ dat umme frembder Lüde willen een Gerichte Fische odder Kreuete darbeneven mit Verlöve der Bürgemeester gespyset würde.** At hodiè quàm multa

ta ſæpe in conviviis videas ambitiosè quæſita, prodigè profuſa, opiparè parata, ut reverâ dubites, voluptatis an ambitionis cauſâ ea inſtituta ſint! Quô demum efficitur, ut iſtiusmodi homines prodigi in triſtem paupertatis ignominiam & ſe & poſteros ſuos tandem præcipitent juxta Germ. illud Adagium, Viel Gaſtereyen thun geheien/ Und

Wer immer hält Convivia,
Mit andrer Leut pecunia,
Zu dem kömmt ſchnell inopia,
Wie zeugt experientia.

Conf. Rudolphi Goclenii Orat. de luxu convivali noſtri Sæculi. imprimis autem *obſonia illa varia ſaccharô condita*, daß vielerley Confect/ Eingemachtes und Zucker-Werck/ *ut & vina exotica*, quibus ingens ſæpè pecuniæ ſumma inutiliter conficitur, ne nobilibus quidem, *niſi certâ pecuniâ ſolutâ*, concedenda eſſent. Inter convivia verò præcipuè ad *nuptialia, baptismalia & ſepulcralia ſeu Funeralia* pro-

probè attendendum foret. Quibus etiamsi à piis Principibus multis in Provinciis per peculiares Constitutiones modus sit positus, (Vide inter alias novissimas Serenissimi Electoris Saxoniæ Resolutiones Gravaminum de an. 1661. von Policey-Ordnung/ à Tit. XIII. usq; XIX. inclusivè) vix tamen quidquam observari eas videmus, ut proinde non immeritò quærere, si non conqueri, fas sit, *ex Tertulliani Apolog. 6.* Quonam illæ Leges abierunt, sumtum & ambitionem comprimentes? adeoq; optimum ad hujusmodi modum introducendũ censeatur remedium, permittere tandem in illiusmodi conviviis sumtus facere majores, si certum in Principis Fiscum propterea solverent tributum.

§. 25. Et ita etiam se res habet (3) cùm eô Tributô, quod *luxui in vestibus* indicendum monent Politici. Luxus in vestibus enim præterquam quòd Deum ad iram provocat, ampliùs gravis est Reip. atque familiis. *Dum enim ancillæ ipsæ, curti sui census ignaræ, filiasfami-*

milias æmulari ſtudent, atque hæ patrimonium inſtar Biantis ſecum portant; parentes comedunt, obſtrictis eorum nominibus non modò mercatoribus pannariis, verùm ſartoribus quoque & comtricibus, à quibus quotidiè ſecundum omnigenos modulos deformantur, cùm ſe ornari quàm cultiſsimè exiſtimant. At, ſi hâc ratione privatum parvum redditur, quomodo commune magnum eſſe poterit?. [ita eleganter diſſerit Clariſſ. Schoock. Exerc. 25. p. 382.] Ubi verò primùm dignitas aliqua ſæpè aut per ambitum aut fatò Metelli viro aliàs mediocri aut novo contigerit, univerſæ familiæ facies mutatur: Uxor, liberi, non modò affectant habitum nobilium, verùm etiam generoſorum & Illuſtrium, atque quicquid otioſorum hominum petulantia quotidiè pro innovandâ formâ veſtium linearum lanearum & ſericarum excogitat, ſecurè imitantur, modos, quos crepant adſiduò, non ad patrimonii modulum, [hic ſæpè vix modicus] ſed ad præſumtæ vanitatis [conceptæ circa paternam dignitatem] regulas exigendô. Paterfam,

[qui

[*qui, si hisce ineptiis se non oblectet, ad illas saltim connivet*] *dum videt se parem non esse sumtibus, qui suis in ædibus fiunt, subsidium quærit à suô munere, at neque hujus modica emolumenta alendæ tantæ familiæ sufficiunt. Ergo quæstui haberi* Resp. *incipit, munera contra juramentum, quod præstitum, accipiuntur, peculatu maculantur manus & conscientia, factiones in* Rep. *aluntur, novorum negotiorum delegationes excogitantur, in summâ ea fiunt, quæ arguere solent* Remp. *corruptissimam.* confer elegantissimum Discursum von Kleider-Pracht/ Justi Tamiæ in Tr. Germ. cui Tit. Europens Silber-Igeln und Laß-Köpffe/ *p. 130. seqq. id. ibid. p. 386.* Quod verò *formam* vestium attinet, num ejus variatio aut alienæ imitatio sit punienda, ego ob discrepantiam sententiarum determinare hîc nolo. *Salmasius* certè *Ep. de Comà p 642.* non putat modum communem sequendô peccari, *Nam,* inquit, *cùm homines ipsi mutentur, & totus cum illis orbis, cùm omnia vertantur, quid*

periculi est, & vertumnos esse nos in vestibus? Cum quô consentit *D. Teelingius ap. Schoock. d. Exerc. 25. p. 382.* inquiens: Als een fatson slechts nieu en ongewoonlyckis, soo is het onstichtelyck, dat jemant van ons sich nu woude kleeden, gelyck de Patriarch Abraham, ofte den Apostel Paulus sich magh gekleet hebben, hed soude onstichtelyck gevonden werden. De gewoonte vermach in dese materie veel, als slechts een fatson niet en is veeltoyich noch lichtveerdich so maeckt het de gewoonte goet. *Contrarium* autem tuetur *Cl. Schoock. l. c.* ipse & *Theologi* communiter. Item *de la Nove Disc. Polit. & milit. Disc. 8. p. m. 196.* dicens: *Ceste inconstance en habit de note une grande legereté d'esprit, dont s'ensuit la purgation des bourses & matiere de risee aux estrangers.* Et *Hofm. in Lycurgô* Inter corruptelas Rerump. refert *affectationem peregrinitatis in vestitu*, cùm mutatio habitus sit mutatio ingeniorum, & mutatus cultus in-

nuat

nuat peregrinos mores ejus nationis, cujus vestitum adsumsit, sitque præsagium magni ominis, inde tandem secuturæ subjectionis. Nos, uti diximus, de formâ vestium statuere hâc vice *relinquemus Theologis*. Prodigalitati verò sumtuum in comparandis splendididis ac pretiosis vestibus ut obviam irent, quibus subditorum salus est cordi, multas sæpiùs constituêre Leges, quibus diversa vestium genera diversis civium concederent ordinibus; quòd autem nulla aut certê rarissima istarum ferê deprehendatur observantia, ipsorum Principum conniventiæ & magistratuum ac ministrorum in executione negligentiæ adscribunt. Mandiren und nicht exequiren heist GOtt und Menschen vexiren/inquit *Fahrenhorst. de Bancorot. p. 62* Frustrà Principes condunt Leges, nisi sanctionem executione, nullò personarum habitô respectu, severissimè confirment. Ast ubi quæso nunc *Orchia, Fannia, Licinia, Didia, Annia, Æmilia,*

Cornelia, Genucia, Junia, Cæcilia. Oppia, Menonia, Julia & reliquæ LL. præclaræ? Silent, quiescunt, ægrotant, expirarunt, sepultæ sunt. Meritò itaq; laudantur, qui Leges vestiarias executioni mandare sedulò dant operam. Verùm enim verò cùm, ut vere scribit *Cl. Schoock, l.c. p.385.* nulla Lex unquam tàm circumspecta sit, ut non in illius fraudem plurima facta fuerint, haud video, quomodo *sufficiens* remedium à LL. ejusmodi sperare liceat. Unde *Tributô*, non *multâ*, (sæpè enim multum interest, rem puriorem molliori appellare nomine) luxuriam in vestibus comprimere Belgæ dicuntur, *Bornit. de Ær. IV. c. 2.* Nun haben wir ja auch/ inquit Steinburg *ap. Faust. Conf. 10. ord. 1491.* Gottes Gebot/ die Käiserl. Rechte/ Reichs-Constitutiones de LL. sumtuariis & vestiariis, Die Exempel der Stände/ Städte/ und der Historien/ und wir werden itzt deswegen mit der Geissel GOttes geschlagen: Es stehet auch in diesem Puncto

der

der fürnehmsten Stücke eines/ der Arcacanorum, von Ersparung und eines gantzen Landes Wolfahrt; Können oder vermögen wir denn nicht respectivè eben so viel als jene? Quapropter Princeps vestes *preciosi res, sericas, holosericas & inauratas* aut sub certô tributò concedat inferioris conditionis hominibus, (*solis exceptis, quibus speciali prærogativâ honoris, muneris, eruditionis, &c. competunt, aut quibus Princeps eas Privilegiô in meritorum præmium indulsit*] Qui autem istiusmodi vestibns induti, pretiò pro licentiâ induendi non solutô, deprehenduntur absque ulla exhibitione gratiæ duplô minimum eos continuò mulctet; Aut si hoc consultius, quod tamen ob certas rationes non videtur, ad Legum & tot salutarium passim Constitutionum vestiariarum observantiam *mulctis* indictis, sed *accuratè & severè exigendis*, subditos adigat.

§. 26. Ne quoque porrò (4) circa *gemmas & margaritas* suas fortunas ipsi

 ex

ret, quæ, si postea à propolis petere debeat, 6. Fl. non suffecerint, pignus verò suum die ☽ solutis paucis duntaxat obolis repetat. Cedo, annon mensæ Trapeziticæ subsidiò admodùm consulatur huic patrisâm. qui paulatim ad mendicitatem necessariò adigi debebit, si non illi in tempore succurrerit mensa Trapezitica? Cùm etiam haud rarò contingat, ipsis quoque opulentioribus, ut pecuniæ inopiâ laborent, eam autem ad usuras ordinarias accipere non possint, & tamen ead. pro tempore necessariò indigeant, si non occurrat mensæ fœnebris facultas, quæ pignori aliàs offerri possent, magnô damnô dominorum vendi debebunt. Cerrtè experientiâ constat, in iis urbibus, ubi publicæ fœnebres mensæ non notantur, per privatorum avaritiam contra omnem charitatem cives magis exedi, quàm ubi hujus ordinis mensæ aut montes per magistratum publicâ auctoritate constituti & ordinati sunt.

§. 7. Ne tamen effrœnis administrorum linquatur potestas, certæ iis præscribantur Leges, ex quibus quid

sui

fui fit muneris, eò apertius cognoſcant, e.g. *ne* uſurarum nomine ampliùs exigant, quàm à magiſtratu conſtitutum eſt; *ne* vel juſtò pretiò pignora ſibi obnoxia reddant, vel oblatò etiam minori pretiô lucrum ex pignorum diſtractione intendant; *ne* pignora offerentibus perſuadeant, ut ea in continenti ſibi potiùs vendant, quàm ſub uſuris oppignorent; *ut* ad juſtum usque tempus pignora adſervent, nec ea ante id diſtrahant; *ne* colludant cum illis, qui res furtivas pignoris locô offerunt; *ut* pignore diſtractô, quod præter ſortem & uſuras ſupereſt, bonâ fide dominis pignoris reſtitui curent, &c. Pluribus præter Auctores jam laudatos de hâc materiâ tractant *Boninſignius. in pecul. Tract. Molina de J. & J. T. II. de Contrib. Diſp.325. Klock. de Ær. Lib. II. c. 20. Lather. Lib.3. de Cenſu c.19. Voëtius P. II. Diſp. de Uſuris, th. ult. & in Notis ad ſupplicem menſariorum Trajectenſium libellum p.32. Maccovius Diſp. de Uſur. Trapez. q.2. th.8.*

CAP.

CAP. VIII.
DE
JUDÆIS,
Num ſint recipiendi? Quod Aff: certis ſcil. cum conditionibus.

§. I.

DE Judæis, miſerrimâ ſanè gente, quæ patriâ ſuâ extorris ut vivum divinæ iræ ſpeculum varias pervagatur mundi plagas, & nusquam ferê tutô collocatur locô, non parva ob notam ipſorum malitiam & enixum Chriſtianos defraudandi ſtudium, lis eſt inter Chriſtianos Theologos, Politicos & JCtos, num ob auctionem redituum liceat & conducat Judæos in Provinciam recipere, nec ne? quibusdam id affirmantibus, quibusdam verò negantibus.

§. 2. Qui repugnant, *tolerari* quidem poſſe Judæos concedunt, ubi jam antea

antea fuerunt recepti, cùm vi eos expellere Leges imperiales prohibeant, ut *l.14.* C. *de Judæis.* ubi expreſsè cavetur, ne quis bona Judæorum propriâ auctoritate invadat vel ipſos offendat, *it. l.4.* C. *eod.* in quá Synagogam, ubi antiquitùs miniſteria ſua peragere conſveverunt, *absque Chriſtianorum moleſtatione* habere ipſis permittitur. Quæ Privilegia cùm Judæis etiam noviſſimô Imperii Jure confirmata ſint, eorum violatio in aliquibus Civitatibus Imperialibus graviter ulta eſt. Verùm *recipere* eos, ubi nondum fuere, id disſvadere enixiſſimè laborant. (1) quidem, quia ſtante Politiâ Judaicâ Lex ipſis fuit à Deò ipſo poſita, ne quem ſuo cœtui admiſtum haberent blaſphemum impiumvé, eum repertum devovendum diris; æqvum proinde eſſe, idem valere in Judæis, quorum blaſphemiæ in Salvatorem noſtrum unicum, Jeſum Chriſtum, ſunt notoriæ, (2) quia tanquam inutilia Reip. pondera artes ferè nul-
las

las exercent præter fœnerationem, quâ gravissima damna Christianis inferunt, (3) quia malis artibus, fraudibus ac dolis, ubi locorum degunt, mercaturam sibi solis attrahunt, ejusque exercitium Christianis multis modis impediunt, atque pervertunt. (4) quia sæpiùs pestes & contagiosas lues fecerunt, uti de Noribergensibus refert *Conradus Celtes de origine situ, morib. & Institut. Norib. c. 5. inter Historica Pirckheimeri p. m. 125.* (5) quia Christianorum infantibus insidiantur &, si quos capiant, crucibus affigunt. Et quæ sunt leviora cætera alia.

§. 3. Verùm his non obstantibus verior videtur *adfirmantium* sententia, quæ inter alios multos etiam est *B. Gerhardi de Magistratu n. 225. B. Carpzovii Lib. 5. Resp. Jur. Elect. Tit. 5. Resp. 38. n. 9. Finckelthusii Observ. 74. n. 29.* Klock. *de Ær. Lib. 2. c. 62. n. 23. seqq. Julii Bened. Crescentii in Consil. super Privil. Jud.* Nam quod attinet impietatem ipsorum & in JE-

SUM

SUM nostrum *blasphemias*, magi
corrigamus eos, & ad agnitionem v
tatis adducamus; quàm ut co
christianam charitatem ipsos arcea
à mediis, per quæ ad illam perve
possint, laborandum est, vere que
psit laudatus *Crescentius l.c.* Quòd
ges, Principes, cæterique, qui huic g
ti domicilia in suis territoriis præb
singulari pietatis Zelo eos cogeren
cris cœtibus & concionibus inter
non dubium esse, quin plurimi ad C
stianismum adducerentur. Nec n
absolutè probandum videtur consil
quod legitur ap. *Brandes de verâ Phi
phiâ JCtorum*: Man muste ihnen
Schelmen-Bein auß dem Rücken
ben / Flegel / Aexte / Karsten ꝛc. in
Hände geben / und nicht hintern
Birnen braten / und der Christen
darzu spotten lasseu / daß sie wüsten / si
ren im Elend und Gefängniß / sed
tummodò certis in casibus, si nim:
toriis delictis civilibus id fuerint

me

meriti. *Pervicacia* ipſorum, fateor, magna eſt, at in multis, ſi modò quis eſſet, qui ipſorum converſionem aut ſalutem curaret, vincibilis. De hæreticis & Sectariis omnes, qui orthodoxiã ſeu verê ſeu falsò ſibi perſvaſam habent, multum videas ſollicitos; aſt Judæos, quod dolendum, Theologorum, qui curet, propè neminem invenias, cùm tamen converſionem eorum ante mundi finem fore multi, etiam ex Lutheranis & Reformatis Theologis, credant ob loca *Rom. 11. v. 25. 26. Dan. 12. Sophon. 3. v. 7. & 8. Hoſ. 3. v. 4. Fœnoris* Judaici quòd porrò *iniquitatem* objiciunt, ea jamdudum variis Legibus in Chriſtianis Rebusp. compreſſa eſt, nec facilê, niſi in clandeſtinis pactis, deprehendetur. Quæ itidem poſſent ſubverti, ſi erigerentur in pauperum auxilium Montes Pietatis, de quibus jam diximus. Nec verum eſt, nulla opificia exerceri ab ipſis, cùm in variis manuum laboribus ſuâ arte & induſtriâ mul-
tos

tos Christianos opifices longè antece
lant, ut ipsemet non una vice observ
vi. Id autem, *quòd Christianorum me*
caturam pessundent, præcipuè maximan
partem falsum est, cùm quidquid fe
mercium habent, omne Christian
rum sit, qui Judæis tanquam exercit
ribus & institoribus suis utuntu
quodque fraudes à Judæis in venditi
nibus committantur, causa frequent
Christianis juxta illud: *quod quis per a*
um facit, per se fecisse putandus est, deb
adscribi. Quod etiam contractus cu
Judæis initi & societates damno v
gant nostris mercatoribus interdum
ipsi vel *malitiæ*, quòd spe fœnoris
lucri prohibiti, vel *imprudentiæ* su
quòd fiduciâ secuturæ impletionis e
inierint cum his, quibus nulla est fid
quique exultant, tanquam re bene g
ità, si Christianum deceperint, im
tent, inque posterum cautiùs merc
addiscant. Notanter enim *Rossæus*
Welt unterschiedene Gottes-Dienst p.

Müs

Müssen die Christen wohl zusehen / wie sie mit den Juden handeln ꝛc. It. Man lasse keine Christen Geld leihen von den Juden / es sey denn / daß sie gerne von ihnen betrogen und verderbet seyn wollen / denn es seynd dieselben iederzeit gewesen / und bleiben noch biß auff den heutigen Tag / solche Leute / die Ihnen gar kein Gewissen machen über Ungerechtigkeit in Handel und Wandel. Imò nec Christianis semper & in omnibus credendum esse mercatores cùm sciant, scire certè debeant, mirum sanè, ipsos tantam fiduciam de Judæorum fide servandá posse concipere. Quod ergo fraude capiantur tot homines, ratio est, quia præ clarum Epicharmi dictum non observant: *Sobrius esto & nemini credere memento. Hi enim articuli prudentiæ,* inquit *Pobybius Lib. XVII.* Metus de ipsorum nequitiâ *in inficiendis fontibus* parùm exclusione ipsorum ex nostris terris poterit sustolli, cûm faciliùs permigrantes, quâm inhabitantes, malitiam

ejusmodi sceleratam, si velint, exercere possint. Nec *cædes Christianorum infantium* adeò hodiè metuendæ esse videtur, cùm, quô semper successu eas perpetraverint, ipsos, tanquam expertos, non lateat. Cùm *Fuldæ anno 1236. quinq;* infantes surripuissent, multi ipsorum trucidati, & cæteri ingēti pecuniæ summâ multati sunt, *Christoph. Brower. Fuldens. Antiquit. Lib. 4. n. 44. p. 306.* Cùm *Pragæ* tempore Wenceslai Imp. puerum cruci affixissent, aliquot millia Judæorum occisa sunt, *Aen. Sylvius Histor. Bohem. c. 34. Dubrav. Hist. Bohem. Lib. 18. prope finem*, ibid. aliô tempore ob solum raptum tentatum filii cujusdam civis quinque ipsorum culeo insuti in Moldaviam præcipitati sunt, *Procop. Rer. Bohem. Ephemer. ad 14. Jul. anno 1067. Straconitii* cædes pueri alicujus christiani multorum vivicomburiô ulta est. Similis pœna quondam eosd. excepit zu Weissen See / teste *Siffridô, Presbyterô Misnensi, Epitom. Lib. 2. ad ann. 1303.*

§. 4.

§. 4. Quapropter non inutile merito censeo Reip. recipere Judæos, idque bonâ conscientiâ à Principe fieri posse statuo. Quia & ipsa pars adversa dum *tolerantiam* Judæorum judicat æquam, *receptionem* etiam quodammodo approbare habet necesse. Nam aut benè aut malè egerunt, qui primùm in civitatem, in quâ nunc degunt, eos receperunt. Si malè, cur non ead. facilitate, quâ recepti sunt, ejici possint; Quid quæso ipsos tolerare juvat? Si autem, quod verius, benè fecerunt, cur non hodienum eisd. domicilia concedere æquum sit aut justum? Si malè à majoribus esset factum, non tot Imperialibus & variis Principalibus Constitutionibus securitati ipsorum subinde cautum fuisset. Habeamus itaque, ut piè monet *Schönborn. Polit. Lib. III. c. 36. p. m. 258.* honorem hunc genti miseræ, & omnium potiùs misericordiam, quâm indignationem, in se commoventi, *Contemplemur ista divinæ vindictæ*

specula, & exinde in animum nobis revocemus, quantoperè hæc gens olim præ reliquis floruerit, tantoperè nunc contemtu sordescere.

§. 5. At ita tamen eos recipiendos suadeo, ut observentur simul conditiones, quas suprà §: 2. recensiti Auctores præscribunt, imprimis, quoad finem Politicum, ut sint (1) vestitu à Christianis distincti juxta *c. in nonnullis 15. X. de Judæis & Reformat. Polit. de annô 1530. Augustæ Vindel.* in qua constituitur, daß die Juden einen gelben Ring an dem Rock oder Kappen allenthalben unverborgen zu ihrer Erkentniß öffentlich tragen / (2) ne præficiantur ullis officiis publicis, aut eximio aliquô honore afficiantur, *c. cùm nimis 16. c. ex speciali X. de Jud.* (3) ne Christianos ipsis liceat habere famulos *c. Jud. 5. c. multam 2. 8. adhæc 8. c. de Jud. 3, X. de Judæis.* Turpis itaque meritò adulatio dicam, an stultitia, non Politica Prudentia, videretur vocanda, quando Judæo Vir aliquis reve-


rendus

rendus aut in quocunque Amplo atque honorabili constitutus officiò Titulum Nobilissimi, Edel und Wohl-Ehren-Veste / tribueret seque submissi veluti quadam animi reverentiâ ad quævis officia atque servitia ipsi promtissimum, offerret. Quàm enim intumescant ac nescio quam magnificentiam stolidè sibi inde tribuant Judæi, (irridentibus licet tum ineptas istiusmodi Politici ceremonias tùm vanam Judæorum arrogantiam omnibus saniori mente instructis,) ipse aliquando me vidisse memini, (4) ut nemo ultra certum constitutum numerum toleretur, qui annum *e. g. vigesimum* attigit, nisi speciali Principis Privilegiô id ipsum impetraverit, (5) ut non aliud, quâm Christianum, forum sequantur juxta, *l. 15. Cod. h.* (6) exiliô perpetuô & confiscatione omnium bonorum damnentur, si aut Christianū *cujuscunq; is sit conditionis, ætatis aut sexûs* ipsorum religionem amplexurum recipiant, aut

Judæum ad Christianam religionem conversum persequantur, (7) quò se sub jugò alienæ potestatis vivere agnoscant & humilitati meliùs adsvescant, ut gravi aliquô & Ærario multum proficuò onerentur Tributò, præter illa quæ ipsis cum cæteris civibus aut subditis futura essent communia; (8) *ut gravissimâ pœnâ pecuniariâ puniantur, si res furtivas sciēter celare aut emere deprehēdantur*, quemadmodum de hac re optimè *in Reformatione Politicâ anno 1548. Tit.* von Juden statutum est, daß die Obrigkeit ein Einsehen haben sol/daß sich die Juden der gestohlnen oder raublichen Haab und Gütter zu kauffen enthalten/ oder so die hinter ihnen befunden / daß dieselbe den jenigen / denen sie zuständig und dasselbige darthun und beweisen werden / ohne alle Entgeltnis wieder zugestellet und gefolget werden / Et de annô 1577. Tit. eod. Im fall auch dargethan würde/daß sie solche gestohlne oder geraubte Gütter also bald wieder verkaufft und betrieglich

darmit

darmit umbgangen hätten / sollen sie den Werth / dem es abgenommen / gleichwol wiedergeben. Da aber befunden / daß sie das geraubte oder gestohlene Gutt wissentlich an sich erkaufft / sollen sie derentwegen von ihrer Obrigkeit nach gestalten Sachen mit Ernst gestraffet werden / (9) ut sedulò caveatur, ne alienam nec dum receptam, multò minùs adulteratam, monetam inferant, nec ullas fraudes in mercimoniis adulterandis committant, nisi gravissimam pœnam velint incidere. Et quæ sunt aliæ hujusmodi conditiones Legibus comprehendendæ ac sub certis pecuniariis pœnis sanciendæ. Quæ autem ad finem Theologicum spectant, ea suppeditabunt Theologi passim, & imprimis *B. Gerh. l. c.*



Ca-

CAP. IX.
DE
MONOPOLIIS.

An Principem deceant, & quando, quibusque cum conditionibus.

§. I.

MOnopoliorum exercitium num Principi concedendum ſit, diſcrepant Politici. Qui negant, partim *generali*, partim *ſpeciali*, ratione nituntur. Qui *priori*, *mercaturam omnem*, & ita quoque monopolia, Principi diſſuadent, qui *poſteriori*, etſi mercaturam Principi concedunt, ut tamen *ſolus eam exerceat*, nolunt. Illi *indecorum* objicientes ad Veterum Græcorum Philoſophorum provocant *judicium*, *Platonis* ſcil. *Ariſtotelis*, aliorum, qui plebi eam adſignant, *Vid. Tiraquell. de Nobilit. c. 33.* (2) Romanorum

norum *exemplum* allegant. Romæ enim quæstus omnis Patribus indecorus est visus, inquit *Liv. Lib. 21.* Et quidem propterea, quòd illiberales & sordidos putarint quæstus mercenariorum omnium, *quorum operæ, non quorum artes, emuntur*, [*Cic. Lib. 1. de Offic.*] Hinc *Tarquinium* viliorem fuisse habitum, quòd mercaturam pater ejus exercuisset, testis est *Val. Max. Lib. 1. c. 4.* Et *Capitolinus* inter *Pertinacis* sordes numerat, quòd mercaturæ operam dederit: Indignamq́ue videri debere nobilioribus omnem negociationem vel minimi lucri causà susceptam, Imperatores Romani statuerunt, *l. nobiliores*, *C. de Commerciis & mercator. l. ne quis C. de Dignit. 12. vid. Mynsing. 6. observ. 54.* & in specie *Theodosius apud Zonaram.* Verùm ut paucis ad prolata respondeamus, (1) *Mercaturam derogare nobilitati*, verum esse potest de negotiatione, quâ illi utuntur, qui merces humeris portant, & vicatim venales proclamant, ac cauponæ vel

 tabernæ

tabernæ adſcripti ſunt, non autem de illorum mercaturâ dici poterit, qui inſtitores ſuos in varias ablegant Provincias, & utilitati publicæ inſerviendô lucrum honeſtum quærunt, *verba ſunt Du Cynee d' Eſtat. à Limneô Latine verſa in Addit. ad* J. P. *Lib. 6. c. 5. n. 77.* Quam diſtinctionem inter mercaturam tenuem, *en detail*, ut Galli loquuntur, & inter magnam atque copioſam, multaque undique apportantem, *en gros*, ipſe Cicero *Lib. 1. Off.* ut ſuam mentem de mercaturâ explicaret clariùs, protulit, & ſequuntur *Zœſius in Comm. ad Cod.* Lib. *4. Tit. 63. Gutierrez. Præt. Quæſt.* Lib. *1. qu. 137. n. 20. Tiraquellus l. c. c. 27. n. 7. ſeq. Mynſingerus Obſ. 54. n. 13. ſeq &c. Illam* nobilitati derogare, *hanc* verò minimè, rectè ſtatuentes, *(2)* poſitò etiam, nunquam tamen conceſsò, ſordidum putandum eſſe omne mercaturæ genus, *Bodini* tamen ſententiæ tunc locus eſſet, qui L*ib. 6. de Rep. c. 2.* inquit; *Si ſtatuendum mihi ſit, Principem merca-*

mercatorem nolo; si optio detur, mercatotorem malo, quâm tyrannum; & patricios viros negotiari, quàm prædari. Cur enim non potiùs mercator fiat Princeps, quā tyrannus & tributorum ex actor, *quærit laudatus le Cynee l.c.* Quādoquidem, cùm lucrum est sordidū, mediocri necessitate fieri honestum, non malè statuit, *Conzen. VIII. Polit. c. 10. p.630.* (3) Quód nostris persuasum est, vile atque nobili generositate indignum istud esse exercitium, *opinio illa non* tâm, quòd *omninò vera* sit, quám quód ea Principum arte primùm seminata, nunc etiam alatur, *invaluit*, ut dicit *Celeberr. Förstnerus, in Not. Polit. ad Tac. 3. Ann. 46. n. 4. cum quò confer omnino Boccalinum, in Cent. 11. relat. 39.* Idque *duplici* potissimum causâ factum videtur, *partim*, ne nobiles abjectis armis mercaturam sequerentur, *partim*, ne illâ ratione, tanquam potentiores ac ditiores, omnem quæstū plebejis subriperent, hosque ad extre-

 mam

mam tandem inopiam redigerent. De *priori* ita loquitur laudatus *Förſtnerus*; *Cùm enim illi* [ſcil. Principes] *magnitudinem ſuam atque ſecuritatem in armis conſiſtere ſciant; nec ignorent*, *Nobilitatem*, *ſemel deguſtatâ lucri ex mercimoniis provenientis dulcedine, abjectis armis, negotia mercantilia ſectaturam:* (Quamquam huic rei *arcana* quoque aliqua cauſa videatur ſubeſſe.) *Neceſſarium fuit, eam illis ſententiam paradoxo proximam inſundere, quâ adquirere emendô vendendoq́ʒ vile & abjectum, aliis latrocinari, glorioſum eſſe, crederent, &c.* Similiter *Sigismundus* Poloniæ rex nonnullis nobilib. jus negotiandi petentibus inter alia, referente *Keckermannô* I.*Polit*.14.reſpondit: *Oportet me in Regnô habere triplex genus hominum, nempe ruſticos, qui agrum colant, mercatores, qui neceſſaria importent & exportent; & denique Nobiles, qui me & Patriam defendant.* Quæ defenſio Patriæ cùm per ſe ardua ſit, & cum aucupiô lucri ac quæſtus vix conſiſtere poſſit, nolim generoſa

nerosa pectora Patriæ defendendæ nata mercatorum negotiis implicari. *Aut si hoc cupiant, permittant, mercatores in suum locum succedere, & Patriæ defendendæ curam suscipere. Posteriorem* discimus ex ipsô Jure Romanô, unde argumentum contra nos proferebatur, & quidem ex *l. ead.* adductâ, ubi dicitur expressè, nobiliores natalibus & patrimoniô ditiores *perniciosum urbibus* mercimonium exercere prohiberi, *ut inter plebejos & negotiatores facilius sit emendi vendendiq́; commercium.* Et hanc quoque rationem movisse *Platonem atque Aristotelem*, ut plebi mercaturam adsignarent, ex circumstantiâ textuum probabile fit. Nec Theodosium ob aliam causam mercaturam, quam uxor suadebat, repudiasse, itidem manifestissimè constat ex ipsis Theodosii verbis â *Zonarâ T. III.* adductis, quæ hæc sunt: *Cùm me Deus Imperatorem designarit, tu me mercatorem facere contendis. Scito autem, mercaturam privatis hominibus esse concessam,*

ſam, ut eum tolerandæ vitæ modum habeant. *Quòd ſi nos præter Imperii opes etiam mercaturæ emolumentum interceperimus, undenam ſubditi victum comparabunt?* (4) quod *Tarquinium* attinet, illud exemplum in contrarium adductum planè impertinens eſt. Non enim reprehenditur Tarquinius, quòd ipſe regiô culmine conſtitutus mercaturam exercuerit, ſed, quôd exili locô progreſſus, quippe patre plebejò & mercatore natus, ad tantam dignitatem adſcenderit, *ibid.* invidetur ipſi & vitio vertitur. Quapropter, citato *Cyneô* tradente, *Multi ſanè Principes hodiè in eâ opinione vivunt, nullum quæſtum magis legitimum eſſe, quàm qui ex mercaturâ percipitur, & contrarium docentes irrident, l.c.* Ac quemadmodum olim Regum ſapientisſimus, *Salomon*, cum Rege Hiram naves mittendò in *Ophir*, ut adferrent aurum & ebur pretioſaque aromata, maritimæ mercaturæ operam dedit, *1. Reg. 10. verſ. 22.* Ita hodienum mercaturam

caturam non ſolùm Rex Luſitaniæ, magnus Dux Moſcoviæ & Turcarū Dominus, ſed multi etiā Principes tum S. Imperii, quorum nomina dabimus infrà, tum Italiæ, ut *Sabaudiæ* imprimis atque *Florentiæ Duces*, nec non *Reſp. Veneta Genuenſis*, *Piſana*, aliæ, in iisque ſplendidiſſimi maximeque Nobiles viri, ſtrenué per Commiſſarios atque Exercitores ſuos exercent, Vid. *Gothofredus in Archontologiâ Coſmicâ, in deſcriptione magni Duc. Hetruriæ, P. 1. p. 498. b, & Sabaudiæ, p. 483. Latherus de Cenſu, Lib. III. c. 13. n. 52. 53. ſeq. Rota Genuæ, Deciſ. 139. n. 9. & 10. Klockius, de Aerar. Lib. II. c. 25. n. 20. &c.* Quāvis verò mercaturā Principi nullo vergere dedecori certū ſit, ob fraudes tamen, quas ab Inſtitoribus & Commiſſariis timere haberet, conſultiꝰ creditur, ipsū ad promovēda commercia induſtriis mercatoribꝰ elocare & cōtribuere pecunias, ut ita hi cum publicâ privatam etiam ſuam utilitatem augeant. Quemadmodum apud *Venetos*
&

& Genuenses ita ex parte fieri scribit *Tholosan. de Rep. Lib. III. c. 6.* Qui verò præstantiam Artis mercatoriæ accuratiùs cupit cognoscere, adire potest *Paulum Klozium* vom Lob und Ehr der Kauffmanschafft / *Adamum Rassium, Polonum, in Tr. de Mercaturâ, Cl. Jac. Le Bleu Instruct: futuri Consiliarii, Joh.* Sommers *Fragmatologiam*, vom Ursprung / Würde / Nothwendigkeit und Nutz der Kauffmanschafft / *Abrahami* von Aich libellum von Kauff-Handeln *Colon. 1597.* Abbildung der Kauffmanschafft *Augustæ Vindel. Laurentii Mederi Tr. de ratione negotiandi &c.*

§. 2. *Altera* classis adversantium non quidem omni mercaturæ honestæ, sed monopoliis saltem Principis, cum indecoro *noxium* simul opponendô repugnat, (1) quòd *Juri Naturali* contrarietur *& Gentium*, commercia, quæ omnibus debent patere universim, sibi soli aliis subtracta arripere, sicque cum damno alterius fieri velle locupletem

l. 206.

l.206.ff.de R. J. (2) quòd expressê *Jure Romanô Civili* monopolia prohibita sint, *l. unic.* C. *de Monopol. nec non* R. A. zu Trier und Cölln. *de an.* 1512. §. und nach dem etwan/ 2c. R. A. zu Nürnberg *de An.*1524. §. *Item,* dieweil durch unsre *Instruction &c. &c.* (3) quòd Imp. *Sigismundus* in der weltl. Reformation/ *c.*22. *Tit.* wie man dem Fürkauff vorkommen soll/ *apud Goldast.* T.I *Constit. Imper. p.*195 monopolium exercere *mortale peccatum* appellet. Cum quô ferè consentit *P. Martyr in suis LL. Comm.* dum vocat *grande peccatum in forô chori poli & conscientiæ* (4) quòd commercia pessundent, indeque *publica furta, publicæ societatis* disturbationes & turpitudinis communiones, quibus nihil deterius in commerciis accidere potest, ea rectè vocet *Tholosanus Lib. IV. de Rep. c.7. n.11.* (5) quòd sordidum sit & illiberale, civitates suæ universitati (vel in Monarchicâ Rep. Principem sibi) arrogare rerum venalium monopolium ad corradendum pe-

cuniam

cuniam in ſumtus publicos, *cùm ſit prætextus ad ſubjiciendum plebem ſervituti*, ut vult *Molinæus p. 533. Primum primæ objectionis membrum* quod attinet, diſtinguo inter id, quod eſt contra jus naturæ *permisſivū*, & inter id, quod eſt contra j9 naturę *poſitivū*. Repugnare monopolia ſtatui, in quò natura res, quæ ſub commercium cadere poſſunt ab initiò reliquit, non nego, quemadmodum ſervit9 contra naturam §. 2. *Inſt. de Jure Perſon.* invecta eſſe dicitur. De cujus §. ſenſu diximus *in Notis noſtris ad Cl. Zouchei Diſſ. de Legati Delinquentis judice competente p. 7.* Sed Juri Naturæ poſitivo abſoluto adverſari nunquam conceſſero, quippe commercia exercenda omnibus pro lubitu concedere, nullô circumſtantiarum habitò reſpectu, non eſt ex genere eorum, quæ neceſſariò ex conditione naturæ ſocialis fluunt, ſed quæ in genere quidem natura ſuadet conſtitui, particulari tamen determinatione in arbitrio hominum relictâ, ut loquitur *Pufendorff. Elem. Juriſpr. Univ. Lib. I.*

Def.

Def.13.§.15.p m.270. Quapropter de monopoliis ſtatuere Poteſtati Civili omninò tribuendum eſt, quæ Commerciorum Jure Naturæ & Gentium introductorum exercitium pro ratione ſui Statûs determinare poteſt; ſicuti contractus propè omnes juxta §.2. *Inſt. de J. N. G. & C.* ex Jure G. introducti ſunt, ut emtio venditio, locatio conductio &c. ſed Leges Romanæ *modum* illorum determinarunt, prout ex uſu fuit Reipublicæ. Unde iterum poteſt diſtingui inter *commercia*, quæ ſunt ex Jure N. & G. & inter *commercia exercendi modum*, quem quælibet Reſp. poteſt conſtituere. Ad *alterum primæ objectionis membrum*, neminem debere alterius damnò fieri locupletem, *reſpondeo*, veram eſſe regulam de *privatis & paribus*, non autem ſemper procedere inter *magiſtratus & ſubditos*, eosque magiſtratûs imprimis, quibus ex necesſitate Statûs reipubl. in bona civium dominium eminens conceditur, (2) diſtinguo inter id quod

ſit

ſtituta (2) inter *abſolutè noxia* & *ex hypotheſi utilia.* Non enim prohibentur in Legibus citatis ea,quæ ipſe ſupremus magiſtratus in civium ſalutem vel aliis concedit vel per ſe exercet, ut ex §. *ſeq.* patebit, ſed quæ privati ad impediendum commoditatem ſocietatis humanæ in commutandis rebus,& ſic in fraupem publicam,inſtituere propriâ auctoritate præſumunt. Quas duas diſtinctiones pariter, (ut ex unâ fideliâ duos parietes, quod dicitur in Proverbiò, dealbem,) applico objectionibus *tertiæ* & *quartæ.* *Quinta* autem Molinæi ab indecorô & ſordidô deſumta jam ſuprà §.1. ſatis exploſa eſt, ut hìc prolixiori refutatione defungi exiſtimemus ſupervacaneum. Quòd urget, ea in quibusdam civitatibus liberis excogitari *ad ſubjiciendum plebem ſervituti;* factum particulare eſt, quod noſtram de monopoliis ſententiam non lædit, quia nos monopolia tantùm, *ſi bonô fine & cæteris quoque paribus* inſtituantur, probamus.

§. 4.

§. 4. His ita præmissis jam dicimus & *ordinariè* & *extraordinariè* posse Monopolia à Principe institui. *Extraordinariè*, si sola publica necessitas & pecuniarum indigentia id fieri flagitet. *Arist. 1. Polit. 7. & ad eum Commentatores, item Grot. Lib. II. c. 12. §. 16. Perez. ad Cod. h.t. Cl. Struvius Exerc. ff. 23. th. 69. Celeberrimus Dn. Brunnemannus, Patronus meus honoratissimus, De contract. & restit. D. 3. q. 2. p. 5. propos. 4. Scaccia de Commerc. & Camb. §. 1. q. 7. p. 3. n. 18. Latherus de Censu Lib. 3. c. 14. n. 33. Schepliz. P. IV. Tit. 4. §. 7. Besoldus de Ær. c. 3. n. 6. Klock. de Ær. d. l. n. 9. Faust. Cl. 10. Cons. 141. Molina de J. & J. Tom. II. Tr. 2. Disp. 345. & novissimè Dn. D. Fritschius in pecul. Tr. de Monopol. c. 10. p. 59.* Nam cùm in eas inciderimus angustias, *inquit Förstner. Hypomn. Polit. 71. p. 235.* ut aut violatis Legibus salva Resp. aut salvis Legib. interitura sit, posthabitis Legibus necessitati parebimus & *dormiant hodiè* LL. dicemus. *Ordinariè* autem (1) *si ab antiquô*

tiquô ita observatum fuerit, ut Galliæ Rex Tartarorum Princeps & Bavariæ Elector Aliique monopolium *Salis* exercent. *Choppinus de domaniô Lib.1. Tit. ult. Bodinus de Rep. Lib. 7.* vel [2] *si sit tale commercium ex quô potiùs exteri, quàm incolæ, utilitatem percipiunt*, ut e. g. in nonnullis locis *lapidum molarium*, de quibus digna est, quam hìc adscribamus, æquissima constitutio Serenissimi ELECTORIS BRANDENBURGICI, *in Recessu de annô 1653. §. 61.* Lassen wir nunmehr gnädigst geschehen/ daß so wol Prälaten/ Herren/Ritterschaft/als auch die Städte und jedermänniglich die Mühlen Steine zu ihrer eigenen Nothdurfft/ und weiters nicht / kauffen/ und zu Wasser und Lande holen mögen/wo sie die am bequemlichsten und wolfeilsten in- oder ausserhalb Landes haben können/ doch daß ein jeder ausser dem Adel- und Zoll-Freyen Städten die gewöhnliche Zölle/ und weiter nichts davon entrichten. Die Handlung aber sothaner Mühlsteine reservi-

ren

ren wir uns nochmals alleine/ und wollen wir den jenigen / so künfftig von unsern Beampten solche nehmen/ein solch billich pretium setzen/ daß sich niemand mit Fug zu beschweren Ursach habe. (3) *si*, quòd singula civitatis membra exercere istud commercium non possint, *bonum commune monopolii constitutionem efflagitet.* Si enim Resp. mercibus aliquibus indigeat, nec sit, qui illas asportare velit, (quòd fortê cùm labore maximò & periculô majoris damni ea negotiatio conjuncta sit) nisi Privilegiũ concederetur, quòd nullus alius eas merces asportare aut vendere debeat, sanè tunc licitum erit concedere ejusmodi Privilegia (nisi ipse eas asportari curaturus sit Princeps) taxatô & moderatò pretiò attentisque circumstantiis omnibus concurrentibus, ne, qui eô Privilegiô usuri sunt, plus justô Remp. gravent. *Molina de Contractibus Tr. II. Disp 345. p. 388. Medina de restit. quæst. 30. §. penult. Besold. c. 3 p. 58. Bornit. de Ær. Lib. II. c. 3. Klock. de Ær.*
lib.

lib. 2. c. 26. n. 11, seqq. Tholos. lib. III. de Rep. c. 6. n. 45. seq. Bodin. 17. de Rep. c. 2 n. 650. Boter. de Polit. Illustr. lib. 8. c. 14. Et ex hoc capite prodierunt *Societates Indicæ* apud Belgis & *Orientalis* in Austriâ, & quotidiè hinc justè conceduntur *Privilegia Bibliopolis.* In hoc etiam fundari *Monopolium Regis Lusitaniæ,* quia in bonum Reip. ipse suis expensis navigationem in Indiâ reperuit, statuit *Molina l. c.* Vel, (4) *si alia quædam singularis æquitas in boni publici utilitate fundata hoc suadeat,* puta, quòd e. g. populo consentiente ad commodius sustinendum Principalem dignitatem & expediendum negotia Reip. inter cætera Regalia jura etiam monopolium relatum sit. Quemadmodum omni laude major & verè incomparabilis Princeps, Sereniss. ELECTOR BRANDENB. Monopoliũ *Succini* vocat ein aus Landesfürstl. Hoheit entstehendes Regal, & propterea merito severissimo Edicto *de An. 1663. 20. 30. Octobr.* omnes, ut inviolatum id linquant, ad-

N monuit

monuit verbis: Wir ordnen und befehlen/ daß niemanden frey stehen soll/ ohne Unsern gnädigsten Consens mit Börnstein zu handeln/ sintemal wir den Börnstein aus allen commerciis außgeschlossen/ auch außdrücklich gesetzet haben/ daß bey Eintausend Floren Ungrisch Strafe keinen frey stehen soll/ mit Börnstein zu handeln/zu kauffen/ oder verkauffen/auch nach gestalten Sachen bey Leib und Lebens Straffe &c. Et paulòpòst: Hinfüro soll kein frembder Börnstein ohne Consens in Unser Hertzogthumb Pommern/ Fürstenthumb Camin und Herrschafft Lauenburg / eingeführet oder außgeführet/ und abgeschiffet werden bey confiscirung desselben und willkührlicher Straffe. ꝛc. Quacunque autem, sive dictarum aliquâ sive aliâ, ratione justè constitutum sit monopolium, id tamen maximé curandum, *ne emendi vendendique commoditas* NIMIO PRETIO *reddatur difficilior*, sed ut potiùs per illud subditi ab aliorum mercatorum imposturis liberentur.

Hinc

Hinc in suprà adductâ Constitutione Brandeburgici Recessus de anno 1655 pretii æquitas expressis verbis promittitur. Et ibid. §. 62. verbis: Des Hand-Kauffs halber wollen wir mit den Städten förderlichs tractiren lassen/ und ihnen auff gewisse Masse denselben Hand-Kauff (scil. des Saltzes) zu bessern Auffnehmen der Rath-Häuser/ oder der Städte Kasten/ wie sie es unter sich werden verglichen haben/ gnädigst zuwenden/ doch/ daß sie allein das Saltz von unsern Factorn nehmen/ die Leute im Verkauffen nicht übersetzen/ und allen Unterschleiff mit Fleis verhüten. &c.

CAP. X.

DE

JURE FISCI

In mulctis & bonis caducis, deque cautelis hîc obſervandis.

§. I.

PErtinet inſuper adhuc inter ordinarios adquirendi modos *Jus Fiſci* in mulctis & bonis caducis atque vacantibus conſiſtens. *Prioris generis* commoda, quæ ex mulctis ſcil. percipiuntur & ad coërcendum hominum ſcelera exiguntur, omninò juſtiſſima & ſanctiſſima videri debere dicit Wahremund ab Ehrenberg / *de Subſid. c. 4. n. 43. fol. 60.* Omninò quidem præſtaret, ſi modò eſſet poſſibile, ceſſare delicta, nullas conſtituere pœnas: Quia

juſtæ

justæ etiam pœnæ possunt sevitiæ conciliare famam, juxta illud *Thucydidis*; *sævus audit, quisquis punit.* Verùm cùm delicta cessare faciliùs possit optari, quàm in hôc corruptò hominum statu sperari, ne turbetur interim aut penitùs subvertatur humana societas atque tranquillitas, Leges præscribendæ fuerunt, ad quarum normam vitam cives dirigerent, additis pœnis, quibus præfracti transgressores ad id, quod sponte observare nolunt, vi etiam possint compelli. Pœnæ autem, quæ infliguntur capiti aut corpori, (unde capitales & corporales vocantur,) cùm omni tempore fuerint maximè exosæ, non nisi gravissimis delictis à prudentibus magistratibus servantur, levioribus autem quodammodo comprimendis tum *reales* aliæ, quæ non corpore, sed ære, luuntur; tum *morales*, quæ dedecus, ignominiam atque infamiam, delinquenti inferunt, excogitatæ sunt. Quod reales itaque illas, quæ aere luuntur

& *mulctæ* speciali nomine vocantur, (quò etiam pertinet confiscatio bonorum,) attinet, magistratûs est, determinare pro suô arbitriô, quantum aeris de quibus delictis pænæ locò velit exigere. Solent verò aliquando solæ imponi, ut *si* e. g. vectigal solutum non sit, *l. 1. ff. de Jure Fisci*, *Vid. Nobiliss. Dn. Bœckelman. de vectigali à vectore defraudatô Heidelb. 1660.* it. Jure Romanô, *si* maritus mortem uxoris necatæ vindicare neglexerit, dotem perdit, eaque adquiritur Fisco, *l 27. ff. eod. si* quis rem litiosam vendiderit; nam & hôc casu duplum Fisco adquiritur, *d. l. 1. pr. si* illicita exerceantur monopolia & propolia, quibus Sereniss. ac Potentiss. ELECTOR SAXONIÆ, JOHANNES GEORGIUS II. ob studium justitiæ insigne JUSTI meritò nomine appellandus in der Erledigung der Gravaminum de annô 1661. von Justitien Sachen / Tit. 76. p. 100. pœnam confiscationem merciũ & mulctam 20. Fl.

con-

constituit. Aliquando verò unâ cum pœnis corporalibus per confiscationem bonorum pecuniaria quoque pœna infligitur, ut in crimine *læsæ majestatis*, quando quis contra Principem vel Remp. mali quid machinatur, *l. 4.* C. *ad L. Jul Maj.* reus gladiò punitur & bona fisco applicantur, *l. 5.* C. *eod.* Quomodo autem Romani Imperatores frequenter hâc Lege ad injustè locupletandum ærarium fuerint abusi, *Tacitus atque Svetonius* satis exponunt. *Plinius in Panegyr.* dicit, Legem majestatis sæpè singulare & unicum crimen fuisse eorum, qui crimine vacarunt.

§. 2. Ut itaque Princeps in exigendis mulctis aut confiscatione bonorum rectè procedat, videat (1) *ne sumantur de delictu jure divinò graviora supplicia meritu.* Sic e. g. in capitalis malitiosi homicidii pœnæ in divinis literis expressæ locum neutiquam debet à Principe aliqua substitui mulcta, nec gravissima; cùm lex, *qui sanguinem hominis*

 pro-

profundit, illius sanguis profundatur iterum, non uni Judæorum populo, sed universo hominum generi, sit lata, communi Theologorum, qui hic meritò audiendi sunt, suffragiò. Cujus pœnæ rationem parere putat *Cl. Pufendorff, Elem. Jurispr. Univ. p. m 348. Lib. 1. def. 21. §. 9.* inde, quòd, cujus tanta est malitia, ut sanguinem humanum effundere ex deliberatò consiliò non vereatur, ab illò cæteris hominibus non possit satis caveri, nisi idem vitâ exturbetur. Inde uti meritò mitiùs puniri possunt, qui ex intentione duntaxat semiplenâ cædem commisere, quam mox pœnitentia sequebatur; ita malitioso homicidæ, tanquam qui fundamentum humanæ societatis subversum it, parcendum est minimè. Sed prolixiùs hanc pœnam examinare aliò pertinet. (z) *Ne delatoribus improbis promiscuè & temere locus concedatur*, Nam, ut dicitur in Proverbiò: *si accusasse sufficiet, quis innocens erit? Ammianus 18.* Unde delatores,

delatores, exploratores & emissarii, qui exquirant omnia solicitè, quid quisque subditorum & sentiat & faciat, [*Arist. V. Polit. c. 11.*] à Martiali *Lib. 1. Epigr.*

Turba gravis paci placidæque inimica quieti

vocantur. Quæ famæ, fidei, postremò omnibus rebus, commodū suum antefert, *Salust. Jugurth.* Et hoc maximè exitiabile tulére *Tiberii tempora*, cùm primores Senatûs infimas etiam delationes exercerent, alii propalam, multi per occultum, non discernentes alienos à conjunctis, amicos à notis, inquit *Tacit. VI. Annal. princ.* Recte itaque *Lege 5. in fin C. de delatoribus*, si quis detulerit & non obtinuerit, ut ipse puniatur, constitutum est, (3) *ut, cùm puniendi causam habet, modum quoque habeat, licet flagitia & facinora sine modò sint*, ut loquitur *Idem Tacitus 3. Annal.* Severitas enim, adsiduitate auctoritatem, (de quâ quæso vide *Thomam Roccabellam in Tr de Principe Practicô, cap. de Principis auctoritate,*]

 amittat,

amittit, quia temperatus timor est, qui cohibet, adsiduus & acer in vindictam excitat, *Seneca* 1. *de Clem*; Benigni itaque Principis sit, ob Clementiæ commodum transilire interdum terminos Æquitatis. Quando sola est *misericordia*, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant, *Cassiod. 11. Vari.* Et cogitet, sibi conducere, omnia scire, non omnia resequi, parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare, nec pœnâ semper, sed sæpiùs pœnitentiâ, se esse contentum, *Tacitus in Agricolâ.* Nam, ut Pallavicinus in suô Josephô inquit, *E insofficiente a regger popoli, chi no sa il modo da pascere pecore. Il tyranno privo di quelle qualità, non sa che punger indiscretamente co stimoli la, ove e bisogna d'una debole verga, non per lacerar i subditi, ma per eccitargli al corso delle leggi col essecutione de commandi. Il pascere il grege debbe esser più ordinario, che il batterlo. No altrimente ne Governi esser deve il Grande piu facile alla gratia, che à castighi p. 1.* Omnibus tamen ignosce-

ignoſcere, tâm crudelitas eſt, quâm nulli, *Vid. Chokier in Theſ. Polit. Aphoriſm. Lib. 2. c. 8. p. 102.* ubi id ex variis auctoribus variisque exemplis confirmat.

§. 3. Quoad *bona caduca & vacantia*, variis ex cauſis ea Principi adquiruntur. *Jure Civili*, (1) ex causâ inteſtati adquiritur Fiſco, *ſi quis ſine herede deceſſerit, l. 1. vacantia, C. de bon. vac.* Nam & is, cui nullus eſt hæres, inteſtatus deceſſiſſe intelligitur, *pr. Inſt. de her. quæ ab inteſt.* (2) Occaſione teſtamenti, (α) *ſi heres hereditate ſit indignus l. 1. pr. ff. de Jure Fiſci*, & (β) *ſi quis capere non poteſt, quod ei à defunctô relictum eſt d. l. 1. pr. l. un. C. de his, qui ſe deferunt*, quô caſu tamen, ſi quis ſeipſum deferat, profitendô, ſibi, quod capere non poſſit, eſſe relictum, dimidiam partem præmii nomine accipit, *l. 13. in pr. l. 15. §. Senatus, ff. de Jure Fiſci l. un. §. quòd ſi C. de his, qui ſe deferunt*. Item (3) ex delictô. Jure Codicis & Pandectarum *damnatô cor-*

 pore,

pore, & non existentibus liberis, bona applicabantur Fisco, *l. fin. C. de bonis proscript. & damnat.* quod verò Jure Novellarum correctum est, *Auth. bona damnatorũ, eod.* Sic etiam (4) eorum, qui conscientiâ delati admissíque criminis, metuque futuræ sententiæ *manus sibi intulerunt*, bona Fisco vindicantur, *l. 1. & 2. C. h. T.* (5) Jure Feudali *quando quis nullos liberos vel agnatos reliquerit*, tunc feudum est apertum & ad dominum revertitur, *Lib. 1. Tit. 7. & 8. Lib. II. Tit. 28. §. penult. & ult. & Tit. 50.* Plures Feudum amittendi modos vide passim apud Dd. Feudistas & nos de Feudis jam diximus suprà pecul. cap. Item Jure communi Fisco competunt (6) *bona derelicta atque deserta*; Unde Sereniss. Elector Brandenb. *cit. Recessu de an. 1653. §. 31.* rectê: Wir können nicht absehen / warum wir caducirte und unsern Aemptern wolgelegene Gütter einzuziehen / und unseren Taffel-Gütern und domanium zu derer verbesserung zu incorporiren

ren nicht bemächtiget seyn solten / zumahl bey gegenwertigen Landes zustande / da so viel Adeliche Gütter hin und wieder wüste und öde liegen / zu derer Wiederanrichtung auch wenig hoffnung zu finden. Confer, si lubet, præterea JCTos atque Politicos *à Faustiò Cl. 6. Cons. 30. ord. 582.* citatos nec non Bornitium *h.* & Klockium *c. 140.*

CAP. XI.
DE
VENANDI JURE & JURISDICTIONE FORESTALI.

§. I.

INter Regalia Fisci referenda porrò sunt venandi & de saltib9 disponendi Jura, quæ *Legibus Romanis* quidem, cùm feræ bestiæ & volucres & pisces, & omnia

omnia animalia, quæ mari, cœlô & terrâ naſcuntur, inter ea, quæ nullius ſunt, eſſent relata, cuivis concedebantur occupanti, §. *12. Inſt. de rer. diviſ. & adquir. ipſ. dom.* Verùm *hodiè*, excluſis privatis, ſolis Principibus, & quibus ab his conceſſum eſt, jura venationum, etiam in privatorum fundis, exercere licet. *Opponunt* quidem nonnulli ex §. adductô libertatem venandi *Jure Naturali* omnibus competentem, verùm, ut *Grotius* rectè monet, omne Jus naturale permiſſivum accipiendum eſt ita, ut ſalvô jure naturali præceptivô accipi poteſt, i. e. permiſit natura venationem liberam, ſed ſalvâ ratione *ſocietatis*, ſalvô ſociali ordine, quem imprimis natura præcepit. Venationem autem non exerceri promiſcuè, & ex privatô cujusque arbitriô, ſocietatis omnis intereſt, præſertim civilis, in quâ ordo ſocialis â naturâ præceptus perficitur. Et quidem propterea civilis ſocietatis hîc intereſt, quòd venandi jure

Principi

Principi vindicatô profpiciatur, (1) ut Princeps eò commodiùs absq; fubditorũ graviori onere, quæ menfæ fuæ parandæ & aulæ fuftentandæ funt neceffaria, præter domanium & inde capere poffit, nec op9 habeat, tributorũ & aliorum redituum aliis finibus deftinatorũ erogatione minuere ærarium ad publicam universæ focietatis civilis falutem conftitutum (2) ne, fi promifcuus effet venationis ufus, homines torpefcerent, & præ nimiâ venandi dulcedine ab agriculturâ aliisvè neceffariis vocationis officiis abduci fe paterentur, cùm publicè ob confervandam rerum fufficientiam interfit, agriculturam exerceri ftrenuè, in cujus favorem fervos, boves inftrumenta aratoria, & quidquid aliud ad culturam agri pertinet, ne pignori quidem obligari poffe Veteres Impp. Romani *l. 7. & 8. C. quæ res pignori oblig. poff. & auth. agric. C. eod.* ftatuerunt. (3) ne privati ad difcordiam, cujus fomes eft communio, & folu-

ſolutionem vinculi ſocietatis f
procliviores. *l. 77. §. 23. ff. de L*
non ſortem §. ſi centum, ff. de condict.
Nec etiam *Sacris repugnat Literis*, qu
tiùs benè cum ipſis convenit, P
pem ſolum venandi jura habere,
Deus ipſe eorum poteſtati beſtias
quit, quibus ſubjecit territorium. *D*
v.38 Jer 27. v.6. c.23 v.24.

§. 2. Utilitas verò venationu
benè ordinatæ ſint, etſi minor fo
quàm aliorum redituum, tanta t
eſt, ut multi Principes in Germania
ſolùm abundè ſuæ menſæ f
carne proſpicere, ſed etiam aliis e
vendere, poſſint, unde quotannis
exiguum certè commodum percip
Quidam autem Principum n
venatorum cultu & juſtô ſæpè am
rib9 in ipſos collatis prꝯmiis efficiu
perditâ utilitate ſola remaneat ju
ditas, Quæ modò non vergat a
trimentum Reip. nec à gravioribu
gotiis Principis animum penitùs
ſtra

ſtrahat, meritò ad refectionem animi Reip. negotiis expediendis fatigati non concedenda tantùm, ſed commendanda etiam, eſt Principi. Nam, ut Horatius Lib. Epod. Od. 2. cecinit,

-- Venator liberrimò ſub cœlô
Aut tradit acreis hinc & hinc -- --
Apros in obſtanteis plagas:
Aut amite levi rara tendit retia
Turdis edacibus dolos:
Pavidumque leporem & advenam laqueô gruem
Jucunda captat præmia.

Quomodo autem venationes rectê inſtituendæ & quæ circa illas obſervanda ſint, venatoribus peritis relinquimus curanda, & interea lectorem remittimus ad Auctores, qui de venationibus ſcripſerunt, ut *Oppianus Lugd. Bat. 1597. 8. Sebaſt. Medices de Venatione, Piſcatione & Aucupiô, Col. 1598. 8. Hadrianus Baſil 1566 8. Gratius Venet. 1538. 8. Hanov. 1613. 8.* Clariſſimum nobilitatis Germanicæ ornamentum ac decus, Generoſus Dn.

à Secken-

à Seckendorff *P. III. c. 3. n. 8. Regal. aliique.* egregiè & jucundè quoque hanc venationum materiam pertractat *Fr. Patricius de Instit. Regis Lib. 3. c. 6. p. m. 170. seqq. &c.*

§. 3. Majus præterea emolumentum ad Principem *ex saltibus* aus den Forsten & quidem partim ex lignorum cæsione partim ex pascuorum concessione redundat. De *Saltu Reinhardinô* inferioris Hassiæ versus Brunswicensem Ducatum quatuor milliaria complectente tradit *Zeilerus* im Hand-Buch *Tit.* Wald *p. 573.* Daß darinnen jährlich/ wenn es gutte Mast giebet/ 20000. zahme Schweine feist gemachet werden/ und alsdenn jährlich über 3000. Fl. Renten gäbe: Es können auch darinnen jährlich an allerhand Wildpret gefangen werden/ roht Wild 800. Schwartzes in 1000. Stück / deren offtermahls Land-Graff Wilhelm der Aeltere in einer Stallung 200. bekommen habe. Cæterùm hic iterum de magnis ex rectô lignorum usu

uſu comparandis divitiis multa gloriatur, nec tamen improbabiliter, *Glauberus* in Teutſchlandes Wolfahrt/*P.I.p.376. ſeqq*. Dum Nitrum ſcil. ex arboribus cæſis aut proſtratis parandi modum ſe inveniſſe profitetur. (quem præcipuè in *Contin. miraculi Mundi p.215. ſeq.* explanat) In Teutſchl. Wolf.*p.380.* rechnet er aus/ daß ein einiger Baum/ der 10 Wagen Holtz/ derer jeder Wagen 20. Centner hielte/ könne 10. Centner Salpeter geben/ und wenn man den Centner Salpeter nur für 20. RThal. rechnete/ auff 20. RThal. genutzet werden. Die Koſten zu ſolcher Arbeit/ pergit ipſe, ſeynd ſehr gering/ Derohalben die Arbeit deſto außträglicher ſeyn kan: Durch dieſes Mittel würden die groſſen Wildnüſſen von den überflüſſigen Sträuchern und Büſchen etwas geſaubert / und die Diebe und Mörder / wie auch Wilde Thiere ſo viel Gelegenheit ſich darinnen zu enthalten/ hinfüro nicht mehr haben. Durch dieſes Mittel könte allein viel

1000.

1000. jährlich in unsern Teutschen Landen ohne Hindernis und einigen Schaden des Nächsten ehrlich erworben/ und den Inwohnern zum besten erhalten werden. Und dörffte man nicht einen einigen Baum umbhauen/ wenn man nicht gerne wolte / sondern allein die übrigen Aesten / die Dörner und Hecken/ so zwischen den Bäumen wachsen / und insonderheit den Hirschen den Durchgang benehmen / den wilden Thieren aber als Garn / dadurch ihnen der Hirsch nicht entlauffen kan / behalten wird. Die Bäume würden besser Lufft bekommen/ und desto besser in die Höhe wachsen. Das Wild/ wenn ihnen die Sträucher weggeraumbt/ würde desto bessere Weide und Nahrung finden/ auch den Wölffen zu entlauffen/ so ihnen die dicke Sträucher/ Dörn und Hecken/ sonst verhinderten/ einen desto freyern Lauff dadurch bekommen. *P. II p. 382.* Non disſuaderem ego Principi, quin potiùs conſulerem, peritis aliquibus viris curam investigandi

gandi modum, quò ſecundum hypotheſes Glauberi l. c. traditas nitrum ex lignis poſſit parari, cùm eô inventô multum utilitatis inde ad Principem pertingere queat.

CAP. XII.

DE ERGASTULIS PUBLICIS,

von Zucht-Häusern.

ubi

De ipſorum uſu ac fructu, de perſonis iisdem inclu-

cludendis & ratione ipſos ad meliorem frugem reducendi.

§. I.

QUanta horum in bene conſtitutâ Rep. eſſe poſſit utilitas, jam ſuo tempore agnoviſſe videtur *Pericles*, dum Athenis Publicas Officinas atque ergaſtula, öffentliche Werck-Häuſer/ ex ædificaſſe à Plutarcho in ipſius Vitâ narratur. Cujus exemplum ideo quoque lubuit mihi adducere, ut de antiquitate ipſorum inſimul poſſit conſtare. *Triplex* autem potiſſimum Ergaſtulorum publicorum commodum exiſtit, *unum* reſpectu eorum, qui illis includuntur, *alterum* reſpectu Reip. *tertium* ratione ipſius Principis. *Primum*, quod illos ſequitur, qui iſtis includuntur, eſt, quòd ita à malitiâ ducantur ad probitatem; à vitiis ad virtutem; à viâ ad inferos in ſemitam ad ſuperos; ab otiis, quæ mentem

tem enervant & ad ſtuporem redigunt, corpusque attenuant & exugunt, juxta illud *Ovidii l. de Pontô*

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus!
Ut capiant vitium, nî moveantur aquæ!

esse; *ast nihilominus tamen*, veluti generosi & nobiles plebejis propter auctoritatem, senes juvenibus propter experientiam; ita etiam divites egenis propter potentiam, præponendi sunt, si nim. sint, æquè ac egeni, virtute instructi: *non solùm* pacis publicæ causâ, cùm genere, opibus & ætate majores minoribus ferè nolint subesse aut inviti subsint & queruli; *sed etiam* quia id saluti expedit publicæ, dum pecunia ita adquiritur ærario. Si itaque e.g. *Quæsturam* ambirent duo, unus pauper ac inops, sed virtute & eruditione instructissimus, majori etiam, quàm officium, quod expetit, requirit; alter verò opulentus ac dives, sed dexteritate, quantum satis est, præditus; non dubitarem adserere, casu necessitatis publicæ præferendum esse posteriorem, si certum honorarium propterea Ærario persolvat. Modò non omnis ad dignitates meritas perveniendi via præcludatur virtuti, quòd paupertate, bonæ

næ mentis ſorore, ſtipata ſit, ſed pauperiores *vel* unà cum divitioribus (vel modicô vel etiam nullo, pro diverſo circumſtantiarum reſpectu, honorariô oblato,) ſubinde promoveantur; *vel ditioribus*, virtuoſis tamen, ſolô iniquiori Reip. ſtatu munera concedantur; *vel* etiam, ſi neceſſitas ſit tanta, ut virtutis exigua poſſit haberi ratio, ſed plus offerenti magiſtratus & dignitates concedere absq; accuratiori virtutis examine maximê opus ſit, eâ conditione plura porrigenti vendantur, ut, ſi liberatâ Rep, belli vel alius neceſſitatis gravioris metu pars pecuniæ iis refundatur, cedere cogantur magiſtratús emtores. Quantum autem refundendum, ex tempore geſti magiſtratûs tunc foret æſtimandum. Prout *Veneti* id propter laudantur, quòd, cùm nonnunquam, ubi ad bellum nummis deſtituuntur, vendere magiſtratuum dignitates ſoleant, id tamen cautisſimè faciunt. Si enim pro vacuâ dignitate hic offert 1000. al-

ter

ter 2000. aureorum, ſi iſte accommodatior videtur ad magiſtratum, præfertur etiam plura porrigenti, & quidem eâ conditione, quam modò expoſuimus *Boxhorn. in Notis ad Inſtit. Polit. Lib. 1. c. 8, p. 112.* *Poſterius* autem, quod objiciebatur, præcaveri poterit, ſi modò curam Princeps adhibuerit. Certê itaq; qui nec extremis temporibus, ut ſaluti Reip. conſulatur, honorum venditiones admittunt, partim abſque ratione, partim reſpectu levitatis in iis concedendis nimiæ, quæ tamen per dictas & alîas quasdam conditiones efficacisſimè poteſt temperari, repugnant. *Exemplum Galliæ* cùm nonnulli etiam in contrarium proferunt, & argumentantur: Ibi ex honorum venditione magna incommoda ſequuntur. E. ubique. Næ profecto multipliciter peccant. (1) *à particulari ad univerſale*; Non enim argumentatio ab exemplò, niſi aliis rationibus jam confirmata aut confirmanda, validè coocludit, cùm aliàs infinita ſeque-

querentur absurda (2) *à Dictô secundum quid ad dictum simpliciter colligendô.* Nec sequitur venditio honorum, scil. *prout instituitur in Gallia*, magna incommoda parit. E. *quomodocunque* ea instituatur, perinde damnosa est. (3) ut plura taceam, *id quod contingit per accidens, cum eo, quod per se fit, confundendò.* Incommòdorum enim in Gallia ratio est, non absoluté & simpliciter, quod officia vendantur, (apud Venetos enim nulla hinc insignia damna seqvuntur,) sed quòd ibi nulla habeatur ratio vel nobilitatis vel eruditionis aut prudentiæ, sed *soli plurimum danti* officia omnia vacent rectè observante *Cl. Hornio in Notis suis ad Boxhorn. p. 116.* Cœpit autem honorum vendito in Galliis *Francisci I.* tempore, qui: *Præfecturas urbanas* bifariam divisit, & utrasque proscripsit, exinde postea cætera quoque sensim venalia facta sunt. *Bodinus* l. c. Unde tantæ ibi corraduntur opes, ut 20. annorum curriculô in arcas regias 139. milliones libra-

brarum seu circiter 46. milliones coronatorum illatos fuisse, ex Galliæ Scriptoribus ostendat Lansius in Consult. p. m. 285. Quod admodum probabile. Denn die obristen Finanzirer/ derer 3. seynd/ kauffen jeder ihr Ambt vor eine Million Francken/ ein jeder hat 12000. Francken Besoldung/ und über das 3. Pf. von jeden Francken/ der durch ihre Hände gehet/ welches sich auff eine überaus hohe Summa beläufft. Und von den Aemptern/ die erblich verkaufft/ wird jährlich der Sechtzigste Pf. gehoben/ welches sie Paulette nennen/ von Paulet, der an. 1605. tempore Heinr. IV. es erfunden und vorgeschlagen. *Auctor* der Frantzös. Finantzen *p. 17. 18. 19.* *Adrianus Pontifex* etiam sacerdotia *teste Bodinô l. c.* infandâ & abominandâ simoniâ sub hastâ vænire passus est. Nos quemadmodum abusus tantos hujus
ad

ad opitulandum Reip. medii detest-
mur atque rejicimus; ita dictis cond-
tionibus observatis, salute Reip. requ-
rente, venditionem dignitatum ac m-
gistratuum longè justiorem & æqui-
rem censemus, quàm quæ hodiè â Pr-
fessoribus in multis Academiis *cum T-
tulis & honoribus Doctorum, Licentiatoru-
Magistrorum & Bacalaureorum* commu-
niter exercetur, magnò & inæstimab-
cum universę Reip. detrimētô ac damn-
Non enim feré ampliùs attenditur, nu-
Candidatus istorum honorum eâ, qu-
requiritur, eruditione instructus sit, n-
ne; pecuniam modò offerat, prom-
scuè statim omnis, qualiscunque, adm-
titur. Quò fit, ut non modò nulla fe-
amplius testimoniis illis publicis â Pr-
fessoribus per collationem aliàs cer-
non vilium, *sed maxim æstimandoru-*
istorum honorum de præclara Cand-
datorum eruditione datis habeatur
des: sed contemtui honores isti m-
xumi, (quod imprimis dolendum
pr-

propter abusum exponantur omnibus sicuti propterea *Relsendso ille in Tr. cit. p. 134.* scribere non veritus fuit, *se credere certò, Cajum Caligulam, qui equum suum Consulem Romanum efficere voluit, si hodiè viveret, minimè, pecuniam modò si offerret, repulsam passurum esse.* O tempora! O mores! Olim sanè sic non erat. Certè si quidquam, abusuum istorum abrogatio, æternam nec unquam intermorituram nominis famā posset comparare Principi. Dignus, qui eam susciperet, esset, ut RESTAURATOR REIPUBLICÆ LITERARIÆ OPTIMUS MAXIMUS perpetuò, dum literæ colentur, audiret. Sed obiter datâ occasione hæc disseruisse hîc sufficiat. Utque redeamus eò, unde digressi sumus, notandum insuper, posse etiam ineuntibus officium vel magistratum aliquod modicum injungi *honorarium* necessariò & *ordinariè per modum recognitionis* solvendum, quemadmodum Pontifices Romani hodiè non quidem

Epi-

Episcopatûs vendunt, sed exigunt *A*
nates. Plures modos ærario ex hon
rum, dignitatum & magistratuum, co
latione pecuniam adquirendi alii occ
sioni exponendos servamus.

§. 7. Pertinet denique huc etiam
PRIVILEGIORUM EROGATIC
circa quam eadem ferè, quæ §. præce
monuimus, erunt observanda. N
commodior, *teste Molina de Contracti*
Tr. II. Disp. 345. p. 388. hâc de re tra
potest regula, quàm quòd tunc licea
optimè ejusmodi Privilegia conceder
quando id postulat recta ratio ac com
mune bonum, attentis atque expens
circumstantiis omnibus, tam ex par
subditorum, quàm ex parte Princip
atque illorum, quibus conceduntur, s
mulque attentò, ut subveniendô com
muni bono, *quoad fieri potest*, non m
gis graventur quædam Reip. parte
quàm aliæ, quando ad omnes æqualit
subvenire illis spectat. Præcipuè autem
cavendum, ne immunitas concessa i
nim

nimium tenuiorum tendat præjudicium adeoque illa potissimùm Privilegia probanda sunt, quæ contra consvetudinem irrationalem aut non satis æqvā nec jure validam conceduntur. Et hæc etiam de modis locupletandi ærarium extra ordinem, adeoque de approbandis in universum, dixisse nunc satis sit. Paucis jam parte II. & quidem duobus tantùm capitibus percurremus modos nonnullos tyrannicos aut sordidos, & proinde improbandos, adquirendi publicam pecuniam.

PARS II.

DE MODIS IMPROBANDIS.

CAP. I.

DE Vectigali urinarum,

Ser-

Stercoris, meretricum, pro concubitu, pro mortuis, pro vitiis vel morbis corporis, pro virginitate, pro cucurbitatione passivâ.

§. I.

QUod *Hornius* de Politicis hodierni temporis *in Notis suis ad Boxhorn: p.m.160.* adſerit, omnem ipſorum curam in eô conſiſtere, ut reperiant novos modos tributorum, & eum cenſeri ſapientisſimum, qui quam plurimas rationes emungendi populum reperire poteſt, id certe æquali, ſi non meliori, jure poterit accommodari Veteribus. Quibus, parum conſideratâ ſive juſtitiâ ſive prudentiâ circa indicenda tributa & vectigalia, ſatis fuit, ſi modô in publicum & privatum ſui ipſorum ærarium exinde aliquod lucrum redundaret, lucri

cri odorem bonum æstimantes ex re qualibet. Quod, ut prudentiores & probitatis studiosiores eas abominandi & á similibus abstinendi ausam sibi arripiant, unâ alteravé injustarum partim, partim etiam imprudentium *indictionum* speciei breviter (Nam in re improbâ diu immorari quid opus?) & paucis monstrabimus, quas vel enumerasse erit refutasse.

§. 2. Inter omnes autem istas ferè famosissima est *Vectigal urinarium*, â Vespasianô, Imp. aliàs laude dignissimò quondam introductum. *Vid. Sveton. in Vesp. c. 23.* quod exigebatur, ut *Casaubonus ad Svetonii cap. cit.* existimat, â fullonibus, quos plurimâ urinâ uti solitos testantur multi veterum loci; aut, ut aliis placet, ab iis, qui per diem vesicam (sit honos legenti) exonerare volebant in amphoris, quæ per angi portûs erant collocatæ. Cui tributo adfine fuit aliud, triste scil. istud *Chrysargyrum*, (de quò vide imprimis *Joh. Matth. Tr. de*

Contribut. c 3. n. 207.) historiis satis decantatum, & ab Imp. Anastasiò demum sublatum, quæ pensio fuit talis, ut quisque sive mendicus, sive pauper, sive meretrix jam emerita, omnis quoque servus itemque libertus, inferrent in ærarium pro *urinâ & stercore*, jumentorum etiam & canum, sive in agris sive in oppidis habitarent. Et *homines* quidem *utriusq; sexus* numisma argenteum; *equus*, *mulus*, *bos*, tantundem; *asinus & canis* folles sex. Phui! Phui! spurca vectigalia! & nihilominus viri proceres & Reip. primi munus colligendi ambibant; atque isti pudendarum sordium lucriq; exercitores aut conductores sunt, quos *Foricarios* JCti appellant. Verba hæc sunt *Lipsii in Admirand. Urb. Rom. Lib. II. c. 6.*

§. 3. II. Vectigal *meretricũ*, quod Romę (ad præcavendum majus scandalum, quia nim. ut eveniant bona, justè licet facere mala!) præcipuè usitatum in eô consistit, ut in singulas hebdomadas

quod-

quodlibet scortum Romæ; *Julium* pendat Pontifici, qui census annuus nonnunquam (supputante *Corn. Agrippa de Vanit. Scient. c. 64.*] 20000. Ducatorum excedere perhibetur. *Vid. Klock de Ær. Lib. 2. c. 46. n. 6.*

§. 4. III *Pro unoquoque mortuo* olim *Hippias* Sacerdoti Minervæ præcepit afferri hordei sextarios duos & totidem tritici & obulum unum, i. e. duos asses ac tantundem ab iis, *qui SOBOLE ESSENT AUCTI. Aristot. Oeconom. II.* Quod *Condalus*, Mausoli Præfectus imitatus est, qui *eod. Philosophô narrante*, militum quoque corpora denariò onerabat.

§. 5. His porro adnumerandæ pensiones, quas nonnulli exegerunt *pro concubinatu, pro vitiis vel morbis corporis, pro cucurbitatione passivâ*, ut in Cataloniâ &c.

§. 6. Nec adprobanda sunt Tributa solvi solita *pro matrimoniis, pro pudicitiâ seu virginitate, de ditescentibus subitô, &c.* quia interest Reip. virginita-

rationes *de accuratè instituendo censu* aliquando in pecul. Discursu suppeditabimus. Vel (2) ut *modicum imponatur*. quod etiam pauperrimus haud difficulter exsolvere posset. Hujusmodi capitationis species ferè fuit, quâ usi sunt *Lacedæmonii*, qui, cùm Samii ab ipsis peterent, ut pecunias sibi conferrent recuperaturis patriam, scitum fecerunt, unô die debere & dominos & familiam & jumenta jejunare, & quantum insumsisset, si non jejunaretur, quisque, tantum tribuere Samiis. Egregium inventum, quô certè multa millia subitaneæ nec moram patientis necessitatis tempore citò ac facili negotió colligi possent; si præcipuè indiceretur die festô, quô aliàs plerumque lautiùs vivere solent homines. *Nec dubito*, inquit Conzenius *Lib.8. Polit. c.16. p.667. si millesima pars earum, quæ per luxuriam pereunt, rerum in bellum Turcicum impendatur, posse bienniô Pannonias cum Græciâ Thraciâque recipi.* [3] *Ut peregrini hîc alterum tantum* pen-

pendant: quemadmodum hoc discrimen in Turciâ & Anglia prudenter observatur. Hæc si attendantur, so hat man sich dessen/ zumahl in vorfallenden Nöhten/ die offters keine Lange Betrachtung und Außtheilung leiden wollen/ so hoch nicht zu beschweren/ omni laude majori Dn. à Seckendorff ita censente *l. c.* Cumque dictæ conditiones sic satis æquam capitationem reddant, ea iisd. observatis & communi forsan necessitate temporis ita postulante ferè inter ordinarios Principum reditus hodiê passim refertur. De Capitatione *Romanorum* vid: *Lipsius de Admir. Urb. c. 3. cum quô confer Faustium p. 880. & p. 887.*

§. 5. Par quoq; V. est ratio vectigalium aut Tributorum REBUS AD VICTUM HOMINUM NECESSARIIS impositorum. Quæ extra ordinem si instituantur, præcipuè subditorum consensu & ratione prudenti, itidem tolerandæ sunt omninò.

§. 6. Referimus porrò inter modos

hosce

hosce extra ordinem adhibendos etia
SEXTÒ VENDITIONEM HONORUM Inqu
tanquam in Rep. minimè, admittenda
novi quidē maximè invehi nonnullo
ob duplicē potissimùm causam *(1) qui*
magistratus ac dignitates virtutum, no
opum, esse præmia debeant. Quemadmo
dum *Tacitus* II. *Annal.* 22. de Quæstur
testatur, apud Majores virtutis id præ
mium fuisse, cunctisque civium si bo
nis artibus fiderent, licitum, petere ma
gistratus, (2) *quòd magistratuum avariti*
magis coërcenda, quàm occasionem ita offe
rendo extendenda sit. Nam vendunt fer
munia & cum iis fidem, quique emerun
pretiò munia, vendunt eorum exercitia
Verùm, quod *prius* attinet oppositum
omninò & ipse statuo, honores ac di
gnitates non opum, sed virtutum, præ
mia esse debere, *magisque virtuti, quàn*
generi, quia sæpè heroum filii noxæ
industriæ, quàm fortunæ, quia cœca sun
judicia fortunæ, in Rep. verò ocula
tum esse convenit, viam muniendan
esse

esse; *ast nihilominus tamen*, veluti generosi & nobiles plebejis propter auctoritatem, senes juvenibus propter experientiam; ita etiam divites egenis propter potentiam, præponendi sunt, si nim. sint, æquè ac egeni, virtute instructi: *non solùm* pacis publicæ causâ, cùm genere, opibus & ætate majores minoribus ferè nolint subesse aut inviti subsint & queruli; *sed etiam* quia id saluti expedit publicæ, dum pecunia ita adquiritur ærario. Si itaque e. g. *Quæsturam* ambirent duo, unus pauper ac inops, sed virtute & eruditione instructissimus, majori etiam, quàm officium, quod expetit, requirit; alter verò opulentus ac dives, sed dexteritate, quantum satis est, præditus; non dubitarem adserere, casu necessitatis publicæ præferendum esse posteriorem, si certum honorarium propterea Ærario persolvat. Modò non omnis ad dignitates meritas perveniendi via præcludatur virtuti, quòd paupertate, bo-

nae

næ mentis ſorore, ſtipata ſit, ſed pau-
periores *vel* unà cum divitioribus (vel
modicô vel etiam nullo, pro diverſo
circumſtantiarum reſpectu, honorariô
oblato,) ſubinde promoveantur; *vel di-*
tioribus, virtuoſis tamen, ſolô iniquiori
Reip. ſtatu munera concedantur; *vel*
etiam, ſi neceſſitas ſit tanta, ut virtutis
exigua poſſit haberi ratio, ſed plus offe-
renti magiſtratus & dignitates conce-
dere absq; accuratiori virtutis examine
maximê opus ſit, eâ conditione plura
porrigenti vendantur, ut, ſi liberatâ
Rep, belli vel alius neceſſitatis gravio-
ris metu pars pecuniæ iis refundatur,
cedere cogantur magiſtratûs emtores.
Quantum autem refundendum, ex tem-
pore geſti magiſtratûs tunc foret æſti-
mandum. Prout *Veneti* id propter lau-
dantur, quòd, cùm nonnunquam, ubi
ad bellum nummis deſtituuntur, ven-
dere magiſtratuum dignitates ſoleant,
id tamen cautisſimè faciunt. Si enim
pro vacuâ dignitate hic offert 1000. al-
te

ter 2000. aureorum, si iste accommodatior videtur ad magistratum, præfertur etiam plura porrigenti, & quidem eâ conditione, quam modò exposuimus *Boxhorn. in Notis ad Instit. Polit. Lib. 1. c. 8, p. 112.* *Posterius* autem, quod objiciebatur, præcaveri poterit, si modò curam Princeps adhibuerit. Certè itaq; qui nec extremis temporibus, ut saluti Reip. consulatur, honorum venditiones admittunt, partim absque ratione, partim respectu levitatis in iis concedendis nimiæ, quæ tamen per dictas & alias quasdam conditiones efficacissimè potest temperari, repugnant. *Exemplum Galliæ* cùm nonnulli etiam in contrarium proferunt, & argumentantur: Ibi ex honorum venditione magna incommoda sequuntur. E. ubique. Næ profectò multipliciter peccant. (1) *à particulari ad universale*; Non enim argumentatio ab exemplò, nisi aliis rationibus jam confirmata aut confirmanda, validè concludit, cùm aliàs infinita se-
que-

querentur absurda *(2) à Dictô secundum quid ad dictum simpliciter colligendô.* Nec sequitur venditio honorum, scil. *prout instituitur in Gallia*, magna incommoda parit. E. *quomodocunque* ea instituatur, perinde damnosa est. (3) ut plura taceam, *id quod contingit per accidens, cum eo, quod per se fit, confundendò.* Incommòdorum enim in Gallia ratio est, non absolutè & simpliciter, quod officia vendantur, (apud Venetos enim nulla hinc insignia damna seqvuntur,) sed quòd ibi nulla habeatur ratio vel nobilitatis vel eruditionis aut prudentiæ, sed *soli plurimum danti* officia omnia vacent, rectè observante *Cl. Hornio in Notis suis ad Boxhorn. p. 116.* Cœpit autem honorum vendito in Galliis *Francisci I.* tempore, qui *Præfecturas urbanas* bifariam divisit, & utrasque proscripsit, exinde postea cætera quoque sensim venalia facta sunt. *Bodinus* l. c. Unde tantæ ibi corraduntur opes, ut 20. annorum curriculô in arcas regias 139. milliones libra-

brarum seu circiter 46. milliones coronatorum illatos fuisse, ex Galliæ Scriptoribus ostendat Lansius in Consult. *p. m.* 285. Quod admodum probabile. Denn die obristen Finanzirer/ derer 3. seynd/ kauffen jeder ihr Ambt vor eine Million Francken/ ein jeder hat 12000. Francken Besoldung/ und über das 3. Pf. von jeden Francken/ der durch ihre Hände gehet/ welches sich auff eine überans hohe Summa beläufft. Und von den Aemptern/ die erblich verkaufft/ wird jährlich der Sechtzigste Pf. gehoben/ welches sie Paulette nennen/ von Paulet, der an. 1605. tempore Heinr. IV. es erfunden und vorgeschlagen. *Auctor* der Frantzös. Finantzen *p. 17. 18. 19.* *Adrianus Pontifex* etiam sacerdotia *teste Bodinô l. c.* infandâ & abominandâ simoniâ sub hastâ vænire passus est. Nos quemadmodum abusus tantos hujus ad

propter abusum exponantur omnibus sicuti propterea *Relsendso* *ille in Tr. cit. p. 134.* scribere non veritus fuit, *se credere certò, Cajum Caligulam, qui equum suum Consulem Romanum efficere voluit, si hodiè viveret, minimè, pecuniam modò si offerret, repulsam passurum esse.* O tempora! O mores! Olim sanè sic non erat. Certè si quidquam, abusuum istorum abrogatio, æternam nec unquam intermorituram nominis famã posset comparare Principi. Dignus, qui eam susciperet, esset, ut RESTAURATOR REIPUBLICÆ LITERARIÆ OPTIMUS MAXIMUS perpetuò, dum literæ colentur, audiret. Sed obiter datâ occasione hæc disseruisse hîc sufficiat. Utque redeamus eò, unde digressi sumus, notandum insuper, posse etiam ineuntibus officium vel magistratum aliquod modicum injungi *honorarium* necessariò & *ordinariè per modum recognitionis* solvendum, quemadmodum Pontifices Romani hodiè non quidem

Epi-

Episcopatûs vendunt, sed exigunt *Annates*. Plures modos ærario ex honorum, dignitatum & magistratuum, collatione pecuniam adquirendi alii occasioni exponendos servamus.

§. 7. Pertinet denique huc etiam PRIVILEGIORUM EROGATIO, circa quam eadem ferè, quæ §. præced. monuimus, erunt observanda. Nec commodior, *teste Molina de Contractib. Tr. II. Disp. 345. p. 388.* hâc de re tradi potest regula, quàm quòd tunc liceat optimè ejusmodi Privilegia concedere, quando id postulat recta ratio ac commune bonum, attentis atque expensis circumstantiis omnibus, tam ex parte subditorum, quàm ex parte Principis atque illorum, quibus conceduntur, simulque attentò, ut subveniendô communi bono, *quoad fieri potest*, non magis graventur quædam Reip. partes, quàm aliæ, quando ad omnes æqualiter subvenire illis spectat. Præcipuè autem cavendum, ne immunitas concessa in nimi-

nimium tenuiorum tendat præjudicium adeoque illa potissimùm Privilegia probanda sunt, quæ contra consvetudinem irrationalem aut non satis æqvā nec jure validam conceduntur. Et hæc etiam de modis locupletandi ærarium extra ordinem, adeoque de approbandis in universum, dixisse nunc satis sit. Paucis jam parte II. & quidem duobus tantùm capitibus percurremus modos nonnullos tyrannicos aut sordidos, & proinde improbandos, adquirendi publicam pecuniam.

PARS II.

DE MODIS IMPROBANDIS.

CAP. I.

DE Vectigali urinarum,

Ser-

Stercoris, meretricum
pro concubitu, pro mo
tuis, pro vitiis vel morb
corporis, pro virginitat
pro cucurbitatione pass
vâ.

§. I.

QUod *Hornius* de Politicis hodier temporis *in Notis suis ad Boxho p.m.160.* adserit, omnem ipsorum c ram in eô consistere, ut reperiant nov modos tributorum, & eum censeri s pientissimum, qui quam plurimas r tiones emungendi populum reper potest, id certe æquali, si non melio jure poterit accommodari Veteribu Quibus, parum consideratâ sive justi sive prudentiâ circa indicenda tribu & vectigalia, satis fuit, si modô in pu licum & privatum sui ipsorum ærariu exinde aliquod lucrum redundaret, l

c

cri odorem bonum æstimantes ex re qualibet. Quod, ut prudentiores & probitatis studiosiores eas abominandi & á similibus abstinendi ausam sibi arripiant, unâ alteravé injustarum partim, partim etiam imprudentium *indictionum* speciei breviter (Nam in re improbâ diu immorari quid opus?) & paucis monstrabimus, quas vel enumerasse erit refutasse.

§. 2. Inter omnes autem istas ferè famosissima est *Vectigal urinarium*, â Vespasianô, Imp. aliàs laude dignissimò quondam introductum. *Vid. Sveton. in Vesp. c. 23.* quod exigebatur, ut *Casaubonus ad Svetonii cap. cit.* existimat, à fullonibus, quos plurimâ urinâ uti solitos testantur multi veterum loci; aut, ut aliis placet, ab iis, qui per diem vesicam (sit honos legenti) exonerare volebant in amphoris, quæ per angi portûs erant collocatæ. Cui tributo adfine fuit aliud, triste scil. istud *Chrysargyrum*, (de quò vide imprimis *Joh. Matth. Tr. de*

Contribut. c 3. n. 207.) hiſtoriis ſatis de
cantatum, & ab Imp. Anaſtaſiò de
mum ſublatum, quæ penſio fuit talis
ut quisque ſive mendicus, ſive pauper
ſive meretrix jam emerita, omnis quo
que ſervus itemque libertus, inferren
in ærarium pro *urinâ & ſtercore*, jumen
torum etiam & canum, ſive in agris ſi
ve in oppidis habitarent. Et *homine*
qui dem *utriusq́ ſexus* numiſma argen
teum; *equus, mulus, bos*, tantundem
aſinus & canis folles ſex. Phui! Phui
ſpurca vectigalia! & nihilominus vi
proceres & Reip. primi munus colli
gendi ambibant; atque iſti pudenda
rum ſordium lucriq; exercitores au
conductores ſunt, quos *Foricarios* JCt
appellant. Verba hæc ſunt *Lipſii in Ad
mirand. Urb. Rom. Lib. II. c. 6.*

§. 3. II. Vectigal *meretricū*, quod Rom
(ad præcavendum majus ſcandalum
quia nim. ut eveniant bona, juſtè lice
facere mala!) præcipuè uſitatum in e
conſiſtit, ut in ſingulas hebdomada

quod

quodlibet scortum Romæ ; *Julium* pendat Pontifici, qui census annuus nonnunquam (supputante *Corn. Agrippa de Vanit. Scient. c.64.*] 20000. Ducatorum excedere perhibetur. *Vid. Klock de Ær. Lib.2. c.46. n. 6.*

§. 4. IIII *Pro unoquoque mortuo* olim *Hippias* Sacerdoti Minervæ præcepit afferri hordei sextarios duos & totidem tritici & obulum unum, i. e. duos asses ac tantundem ab iis, *qui SOBOLE ESSENT AUCTI. Aristot. Oeconom. II.* Quod *Condalus*, Mausoli Præfectus imitatus est, qui *eod. Philosophô narrante*, militum quoque corpora denariò onerabat.

§. 5. His porro adnumerandæ pensiones, quas nonnulli exegerunt *pro concubinatu, pro vitiis vel morbis corporis, pro cucurbitatione passivâ*, ut in Cataloniâ &c.

§. 6. Nec adprobanda sunt Tributa solvi solita *pro matrimoniis, pro pudicitiâ* seu *virginitate, de ditescentibus subitô, &c.* quia interest Reip. virginita-

tem castê servari & matrimonia promoveri; adeoque Privilegiis potiùs ea exornari, quàm tributis istiusmodi iniquis onerari, deberent, quemadmodum *Hadrianus* laudabiliter dixit, *se malle hominum adjectione, quàm pecuniarum copia, ampliare Imperium l. 7. ff. de bonis damnatorum.* Nec ad torporem atque desidiam, *subitaneis divitiis* laudabili solertià & benedictione divinâ partis imposito tributo, avocare subditos expedit Reip. nisi forsan malis artibus illas quæsitas esse constet.

§. 7. Rejicienda item Tributa, quæ sui gravitate & nimiá quantitate *rem subditis auferunt cum pulvisculò*, ut loquitur *Plautus in Bacchide*, quibusque pennæ subditorum ita inciduntur, ut nequeant renasci. *Cic. 4. ad Attic. Epist. 2. ut columnaria, hostiaria, pro singulis tegulis tecti, pro singulis fenestris*. & quæ alia exactionibus illicitis nomina Grypi isti invenerunt. *Tacit. XIII. Annal.*

§. 8. Nec svaserim ego Principi *de* *mini-*

ministrorum Stipendiis exigere tributa, *nisi sponte ea conferant*, cùm hoc multorum & gravium damnorum possit esse causa, nec facilè inde aliquod commodum sentiri. Inferretur enim ærario, quod certissimè priùs ex eô esset sumendum, aut quocunque modô aliô à Principe compensandum, gravique Princeps exponeretur odio atque periculô, quod satis apertè & salsè significare *Ferdinando* Regi Arragoniæ Neapolitapus ille eques audebat, qui ad Regem conversus, O *Rex*, dicebat, *quò apud Te commendatior multò sim, id tibi dederim consilii, nobis omnibus, quos & pascis & vestis, ut victum eripias & vestitum Besold. p.53. de Ær.* Et quæ quæso ineptiæ, tributi nomine de ministrorum Stipendiis solutis aut constitutis aliquid exigere; cùm tantundem, antequam constituerentur, absque livore aut murmure cujusquam detrahi potuisset innoxiè?

§. 9. Tædet, licet possimus, iniquos tales modos plures proferre, *partim*

 quòd

quôd temporis non ſatis nobis ſuperſit ad inhærendum iis, quæ ſatius perpetuis oblivionis tenebris involvere, quàm prolixâ commemoratione in lucem protrahere, partim quòd verear, ne eos perluſtrare probitatis ſtudioſo lectori faſtidium ſit; *partim* etiam, quòd à multis jamdudum, puta; à *Fauſtiô, Klockiò, Bulengerò, Lipſiô, Conzeniô; Beſoldò, &c.* fuerint expoſiti. Duos tantùm adhuc paulò exactiùs ſi conſideremus, cùm magis quàm prænumerati hodienum in uſu reperiantur, non grave id Lectori futurum confidimus, quorum prior vel ideo, quòd in ipſius Principis, cui lucrum ac emolumentum inde quæritur, maximum incommodum ac detrimentum vergat, poſterior autem, quod in nullâ penitùs æquitatis aut juſtitiæ ratione fundetur, meritò reſpuitur. Sit itaque.

CAP.

CAP. II.

DE
ALCHYMIA & NAUFRAGIO.

§. I.

VErissimè, utinam falsissimè! hodiê heu! magnò ærarii publici cum damnò videmus, quod *Tacitus Lib.16. Annal.* de Nerone annotatum reliquit, *divitiarũ exspectatio*, inquiens, *inter causas paupertatis publicæ erat. Gliscebat interim luxuriæ spe inani, consumebanturq; veteres opes, quasi oblatis, quas multos per annos prodigeret, quin & inde jam largiebatur.* Quamvis enim meritò cuivis Principi aliisque viris magnis exemplum Magni Ducis Etruriæ, egregiê â falsô quodam Alchymistâ decepti, debeat versari ob oculos, de quô extat historia typis mandata sub Tit: *Usufur.* tamen nimis securos eos sæpê hodienum videas fovere & fa-

vere iis, qui artem conficiendi aurum, vanissimè licet ac falsissimè, profitentur. Longè his sapientior censendus Papa *Leo X.* qui Alchymistam offerentem libellum, quô se verum ostendere processum wie man aus Queckſilber oder Engliſchem Zinn gutes und 12. Lötiges Silber / und aus Kupffer mit Zuſetzung anderer Metallen ein reines und dem Arabiſchen gleiches Gold ausbrütten könne / jactitabat, vacuô marsupiô donabat, ut haberet, cui inderet aurum suum imaginarium. Vide historiam ap. *Abele in* Seltzam: Gerichts-H. *P.I. cas. 45. p. 274.* Magnô equidem nisu certitudinem Artis auriferæ propugnare multi laborant, (inter quos præcipuus videtur *Johannes Licinius*, cujus argumenta breviter recensuit *Cardanus Lib.X. de Vanit: Scient: c.I.*] indeque nesciunt, quibus Titulis pretiositatem suorum inventorum satis commendare, exornare & illustrare, debeant,

beant. Unde alios in Libris ſuis Vellus aureum, ut *Joh. Aurelius Augurellius, Salomon Triſmoſinus & Gvil. Mennenius*, alios Summum bonum, ut *Joach. Frizius contra Martinum Merſennum 1629. fol.* Ærarium oder Schatzkammer/ ut *Angelus Sala*; Pretioſam margaritam, *ut Janus Lucinius*; mera myſteria und übernatürl. Dinge/ ut *Baſilius Valentinus*; miracula, ut *Treviſanus*; neſcio quod Hadrianeum teſtamentum de aureó Philoſ. Lapide, quale *Lubeceæ annô 1638. in 4.* prodiit; mirum aliquod primateriale catholicum naturale chaos Alchymiæ naturæ conformis, ut *Heinricus* Kunraht/ fecerunt, alios neſcio deniq; quid aliud magnificū atq; gloriosū ambitioſiſſimè ac jactantiſſimè profiteri videas, ſi aurē viā, quam monſtrant, ingredi prẹſumas, Labyrinthum aliquē horrendum te putes incidere, ita omnia obſcura, omnia tenebricoſa, omnia impervia, omnia intricata ſunt. Quibus quomodo te expedire & explicare debeas, ſi ab iſtis

hominibus quæras, alius *Secreta* quædam & in aurem tantùm insusurranda se tibi communicaturum esse simulabit, ut *Thomas Aquinas & Filius Jazichi*, alius *speculum* aliquod magicum, quod intuendô viam rectam possis insistere, tibi porriget, ut *Rogerius Bacho & Arnoldus de Villa Novâ*, alius propter spissas, quæ obstant, quò minùs ad metam plurimi queant pertingere, tenebras *Librum Lucis* plenum donabit, ut *Johannes* de Rupescissâ; aut *lumen naturæ*, ut *Christophorus Reinhartus*, Nonnulli te ad januam, quippe obseratam impingere adeoque non penetrare posse clamabunt, utque illa reseratur, alter præ alterò facilius se facturum esse gloriabitur. *Lullius* se unâ *claviculâ* præstiturum jactabit, quod vix alius omnibus suis 12. *clavis*, quas se ex scriniis *Joh. Tholdeni* & *Fr. Basilii* Valentini nactum esse prædicat. Quidam etiam *Dictionaria*, *Nomenclaturas*, *Lexica*, *Elucidarios*, &c. ut vocem ipsorum exaudire & intelligere discas,

pro-

proferent. Sed, quod pessimum, tàm in profundo lapis iste, quem quærunt, dicitur positus, ut multi, ipsum incautê investigantes, præcipiti lapsu ex semitâ in lutum protrusi suffocaturi sæpê cogantur clamare: *infixus sum, infixus sum in limô profundi, & non est substantia*: Alii verô locó lapidis in metallô sortiuntur lapidem in corpore, quemadmodum testatur Epitaphium illius *Alchymistæ Belgæ*, quod ita inscriptum legitur:

Hier leit genaagelt in een Kist,
De Lichaem van een Alchymist,
Een, die sien jaeren heft verschleten
Om verborgne VVetenschap te weten
Hy ging uyt Paracelsus Boecken
Den steen der Philosophen soecken
En Kreeg opt letst den Steen gewis
VVant hy daran gestorven is.

§. 2. Propterea inquam sunt, qui non tantùm multivariis scommatis, dicteriis, convitiis ac deprecationibus vel ad diras tanquam cæcos & viæ, quâ tendendum, ignaros ductores devovendô certatim prosequuntur miseros Alchy-

miæ Professores, ut *Thomas Erastus in explicatione Quæstionis, utrum de metallis ignobilibus aurum verum & naturale arte conflari possit, Basil.* 1572. 4. *Theobaldus de Hoghelande de Alchymiæ difficultatibus, Colon.* 1594. 8. oder von den Irrwegen der *Alchymisten*, verteutscht von *Joh. Hippodamô Francof.* 1600. 4. *Erasmus in Alcumist. Rollenhag. in suâ* βατραχ. *Euphormio Lusinius in Satyricô Eleg. Langius in Epist. Medic. Ep.* 42. *Baldus cap.* 1. *col.* 5. *X. de Constit. alii. It. Theobaldus in Tr. qui inscriptus: Merces Alchymistarum in Sing. & Plur. Numerô, Francof.* 1630. sed etiam planè è Rep. exterminandos esse nonnulli cum *Petreô in Thesaurô Concl. Crim. th.* 168. concludunt.

§. 3. Nos sequentibus positionibus, quid de Alchymiâ sentiamus, exponimus. I. Nulli dubitamus, ex ferrô vel plumbô posse confici æs, quod *cuprum* vulgò vocamus, cùm satis & rationibus & experimentis demonstrent *Faustius in Consiliis suis de Ærariô & Matthe-*

sius

sius in Sareptâ, II. Concedimus, posse e.g. ex cupro effici aurum, verùm non per transsubstantiationem, sed *per separationem*, adeoque non in eadem quantitate, in quâ est cuprum, sed in minori. Quemadmodum sentit *Elias Montanus*, rerum metallicarum scientissimus *c. XI. de Metallô impurô p. 37. in fine. Francof.* Es können auch wol gantz verschlagene Artisten fein fürgeben/sie wollen aus Eisen Silber machen/oder aus Kupffer Gold/ja wenn es zuvor dabey ist/als in Schweden der Osemund hat allezeit Silber bey sich/so treiben sie dasselbe nur ab/und verbrennen das Eisen/und betrügen die Leute/thun sie aber das auch an dem Steyrischen? Das lassen sie wol. III. Largimur, fuisse nonnullos, qui artem conficiendi aurum per transsubstantiationem sciverint, quales præcipuè laudantur *Theophrastus & Thurnheu-*

serus,

ſerus, verùm, etiam IV. ſtatuimus, cùm ars illa non niſi divinâ ferè revelatione contingat, plurimos eorum, qui Alchymiſtæ audire cupiunt, vanos eſſe impoſtores, qui, ut dicit *Joh. XXII. X. contra Alchym.* ſpondent, quas non exhibent, divitias, ipſi pauperes ac inopes, Bey welchen die Unkoſten ſchädlich/ die Mühe vergeblich / die Begierde blind/ die Hoffnung betrüglich / die Verheiſſung lügenhafftig/ und endlich der gantze Krahm nichts anders/ als eine Vorbereitung zu einem elendigen Hoſpital und läuſefräſſigem Armuth/darbey denn viel auff einem hänffinen Pferde gen Himmel zu reiten/ prout exemplis hiſtoriæ confirmant. (*Garzon Diſc. 13. p. 160.*) Verè itaq; ſcripſit *Glauberus in Explicat. miraculi mundi p. 199. ſeq.* Zu der Wiſſenſchafft Geld zu machen kömmt man nicht anders als durch Eingebung Gottes/

tes/ denn solche grosse Dinge lassen sich nicht so leicht finden/ und offenbahren sich den Gottlosen nicht/ ob wol die Welt voll toller Narren läufft/ welche Geld mit Gewalt in solchen Dingen suchen/ darinnen es nicht zu finden ist/ ꝛc. Id propter V. monemus, caveat Princeps diligenter ac sedulò, ne vanis hujusmodi impostorum mendaciis dolisque fraudulentis pecuniâ se patiatur emungi; Denn die Alchimie ist eine Göttl. Kunst/ aber wem sie GOtt nicht selber offenbahret/ dem wil ich gerahten haben/ er lasse in der Zeit darvon/ rectè dixit *M. Val. VVeigelius in Theologiâ Astrologisatâ c.26.*

§. 4. Ultimum, quod hîc considerare nobis est animus, inter improbè augmenta Ærario conciliandi media est *Consvetudo, quâ*

Qua-

Quæstus naufragiò petitur, corpusq; profundô
Immissum pariter cum prædâ exquiritur ipsâ.

ut canit *Manil. Lib.* 5. *Astron.* Quæ consvetudo licet non solùm tàm in maritimis Imperii civitatibus, quàm etiam ad Rhenum ac Albim sitis, quondam usitata *teste Faustiò Cl.* 6. *Cons.* 15. *ord.* 557. sed & Jure Digestorum *l.* 9. *ff. ad* L. *Rhod. de Jactu* confirmata, fuerit; tamen rectè tum olim *l.* 1. *C. de Naufr.* tum noviter per *Const. Carol. pub. jud. art.* 126. *pr.* sublata & interdicta est. Nullâ namque causâ præcedente probabili dominium suum alicui auferre, injuria. Unde semper ea consuetudo ab æquioribus pro *irrationali* fuit habita. *Nicetas Choniates in Andronici Imperiô* eam vocat expressè ἔθος ἀλογώτατον. Quod enim jus habet Fiscus in alienâ calamitate, ut in re tàm luctuosà compendium sectetur? *d. l.* 1. *C. h.* Absit, ô Jupiter, ut lucrum captemus tali ex hominum infortuniô, inquit

quit *Dion Prusæensis Orat. VII.* Vide plura ap. *Jac. Gothofredum in pecul. Diss. ad l. ἀξίωσις 9. ff. ad L. Rhod. de Jactu.* Quid itaque in mentem venerit *Bodino*, quærit admirabundus *Grotius*, ut talia defenderet, & respondet; idem sc. quod ei, qui Papinianum defendit, quòd mori, quàm conscientiam lædere, maluerit. Sed ego hìc sisto, Lector, postquam quæ observatu visa sunt dignissima, quæque tibi usui fore credidi, quàm paucissimis potui, perscripsi. Nunc votô finiendum volumen est. Deum igitur invoco, ut, quemadmodum hominem frugi esse, non multum laudis habet *in rege*, fortem, justum & gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hae sunt regiæ laudes, *Cic. in Orat. pro Dejotarô*; ita tamen prudens simul & rectum de honestâ benevolentiâ omni Principi largiatur judiciũ, ne nimis pręcipitanter illã exequatur, sed re cõsilioq; deliberato, cùm subitæ largitionis comes plerunque sit pœnitentia *Plin. Lib. 7*

Ex.

Ep. nec nimis effusa fiat largitio; ne
ærarium ambitione exhaustum, per sc
lera supplendum sit. *Tacit. II. Ann*
Quod Deus à quovis Principe cleme
tissimê avertere dignetur. *Ipsi pro pr*
stitô nobis auxilio in omne ævum laus
sit honor ac gloria!

FINIS.

ADDENDA ad p. 65.

Den Saamen/ oder die Eyer ve
wahret man in einem sauber
Schächtelein/ zwischen weissen T
chern an einem solchen Orte/ d
nicht zu kalt/ auch nicht zu war
sey/ sondern temperirt/ mehr kalt a
warm/ denn die Wärme möchte
vertrucknen/ die Kälte aber verfr
ren. Die besten Eyer seyn
vermeintlich die/ so aus Hispani
od

oder von Neapolis kommen/ die man in die Nocerische Messe bringt / zur Brüte legt man sie heraus an die Sonne/ wenn die Maulbeer Bäume die kleine Blätlein haben herausgestossen/ und mus man sie also einlegen / daß sie in wachsendem Liecht (des Mondens) ausgehen. Etliche legen sie zwischen 2. gewärmete Küssen/ etliche / sonderlich Weiber und Jungfrauen legen sie zwischen ihre Brüste/ von deren Wärme sie nicht allein bald ausgehen/ sondern auch eine sonderliche Stärcke bekommen/ daß sie bald auffwachsen/ und nicht leichtlich/ wie sie denn auch ihre Zufäll nnd Kranckheiten haben/ Anstoß bekommen/ wenn sie aus der Schalen kriechen/ legt man sie auff ein saubers Bette/ und giebt ihnen 8. Tage lang

lang frische Maulbeer-Blätter zu essen/ bis sie auff gemeldten Blättern entschlaffen. Alsdenn schlafen sie 3. oder 4. Tage/ welches man den schwartzen Schlaff nennet/ in welchem sie/ wie auch in andern Schlafen/ nichts essen. Nach diesem wachen sie wieder auff/ und essen wieder 8. oder 10. Tage lang/ nach welchen sie wieder einschlafen/ wie zuvor. Und dieses nennet man den weissen Schlaf. Darnach entschlafen sie zum 3ten mal/ werden wiederumb wacker/ und essen wieder wie zuvor 8. oder 10. Tage/ und schlafen alsdenn abermal zum 4ten mal ein/ welches denn der letzte Schlaf ist/ nach welchem sie wieder essen/ wachsen/ die Haut ändern/ groß/ schön und klar werden/ und zeigen die Farbe der

künff-

künfftigen Seiden unten an ihrem Bauch. Denn die gelbe Seiden spinnen / werden am Bauche wie Gold / die weisse Seiden geben / wie Silber / etliche grün / etliche goldgelb / welche Farben man auch am Bauche sihet. Essen auch alsdenn nichts mehr. Und ist alsdenn Zeit / daß man ihnen allerhand Reiser und Zweige vorlegt / daran sie sich zeigen / und sich wunderbarlich in ihre Seiden-Häuslein verspinnen / welches sie in 2. Tagen oder etwas mehr verrichten. In demselben bleiben sie 14. oder 15. Tage und fangen algemach an sich zu verwandeln / nemlich / in solche fliegende Würme / wie grosse und ziemlich dicke Pfeiffholter / die man im Sommer mit ihren breiten meelichen Flügeln in den Gär-

ten.

ten sihet umbher fliehen. Wen g
meldte Häuslein ausgesponne
nimt man sie sauberlich von den R
sen und verwahret die/ so man zu
Saamen oder Fortpflantzung beha
ten wil/ die andern aber mag ma
alsobald anfangen abzuziehen vñ d
Seiden zubereiten. Nach 15. od
18. Tagen auffs längste kriechen d
Pfeiffholter aus/ und finden sich al
bald Männlein und Weiblein zu
sammen/ welche sich besaamen/ lege
Eyer/ unnd sterben bald hernac
Daß sie also in weniger als 2. Mo
naten aus den Schaalen kriechen
wachsen/ Seiden spinnen/ sich ve
wandeln/ besaamen/ Eyer legen un
sterben. Die gesponnen Häuslein
legt man in ein lauh Wasser/ such
den

den äussersten Faden/ (welchen man auch bald findet/ denn er etwas vorgehet/ das man wol spüret/ daß der Anfang im Reis damit gemacht worden/) zeucht denselben sauberlich nach einander auff einem Häspelein/ dahin er folget/ bisweilen/ daß nichts mehr an dem Häuslein übrig ist/ als eine Schale/ so etwas hart und ungeschmeidig. Bisweilen bricht der Faden auch ab/ daß man ihn nicht mehr finden kan. Ist aber darumb das Häuslein nicht verlohren/ sondern man sammlet die Häuslein zusammen/ streichet sie zwischen Karten/ so giebt es eine leichte subtile Wolle/ welche sich an der Spindel oder am Rade spinnen läst. Solcher Fäden nimmt man so viel zusammen/ daß sie die Arbeit leiden können/

zeucht

zeucht sie also miteinander auff ein grosse Haspel/ und bestreichet sie mit Gummi-Wasser/ daß sich die Flocken legen/ machet sie darnach in Stänge/ und packet sie zusammen in Ballen zu verkauffen/ rc.

Ad. p. 83.

Daß alle und jede Lehns-Leute ihre Lehn-Stück und Güter/ es sey an Schlössern/ Häusern/ Ritter- und Land-Gütern/ Gerichten und Gerechtigkeiten/ Zehenden/ Zins und Gefällen/ Leuten/ Dörffern/ Mayerhöfen/ Kathöfen (Selden Gütern) Wiesenwachs/ Feldern/ Hölzungen/ Fischereyen/ Mühlen oder andern unbewegenden oder ihnen gleichenden Gütern unn Gerechtsam-

samkeiten / wie die genennet werden möchten / und sie zur Lehn tragen / ein umbständige außfürliche Special Verzeichnis / ediren und außreichen. Und ob es auch wäre / daß sie nicht alle Stück in Besitz hätten / sondern Theils durch ihr eigen oder ihrer Vorfahren Nachlässigkeit und Verabsäumung entweder gar von Händen kommen / und ab alieniret, oder auch durch / mit oder ohne consens beschehene Verpfänd / Versetz oder gar Vertausch / und andere ab alienirung in frembde Hände gerahten / oder auß andern Ursachen / wie die sein möchten / sich itzo nicht finden wollen / dennoch zur Lehn Cantzlei einen außfürlichen / warhafftigen / schriftlichen Bericht mit seinen nothdürfftigen Umbständen erstatten / in specie aber berühren sollen / was

eigentlich und in specie vor Stü
von abhanden kommen / wie und
welcher Zeit es geschehen / auch v
sie anitzo in Händen habe / item w
davon ohn und mit consens verpfä
det und versetzet / wenn und Wem
Auch wie hoch auf iedes verpfände
Stück der Pfandschilling sey / gle
fals / was aus solchen Lehn-Güt
andern verafterlehnet / und We
in specie, item / in was Orth u
End / auch in welchen Aemptern a
und innerhalb deß Lehnh. terri
rio, die im Lehn-Brieffe befindli
Lehn-Stücke gelegen / Und diese i
Specification und Bericht sollen
unter ihrer Hand und Petschaf
auf ihre Lehns-Eide und Pflich
damit sie dem Lehnherrn verbunde
bey Wilkührlicher Straffe u
denegirung anderwertiger Bel
num

nung / auch Straffe der entziehung deß jenigen / was zu Gefährde verschwiegen wird / ungesäumt innerhalb der darzu bestimten Zeit / wie obbemelt / zur Lehn-Stuben einschaffen / auch alle Lehnrührige Verpfändung bey Verlust der verpfändeten Lehn / wieder abführen / oder dieselbe von der Schulden-Last befreien / ꝛc.



ENDE.



INDEX RERUM.

A.

R 3 Aedificia

B.

Bomby-

C.

COLU-

D.

E.

ELISA-

F.

Feudo-

Fran-

G.

GLAU-

H.

HIS-

I.

Infamia

Judices

K.

L.

Lex

M. Mac-

M.

Mensa

Tyrolenſes

tac

Montium

N.

O.

P. Pact

P.

Processi

Q.

R.

S.

Supe

Indorum

V.

u

W.

Z.

FINIS.